

CORPVS  
CHRISTIANORVM

SERIES LATINA

LA




TYPOGRAPHI BREPOLS

TVRNHOLTI

NUNC COGNOSCO EX PARTE



TRENT UNIVERSITY  
LIBRARY



Digitized by the Internet Archive  
in 2019 with funding from  
Kahle/Austin Foundation



CORPVS CHRISTIANORVM

*Series Latina*

L A

CORPVS CHRISTIANORVM

*Series Latina*

L A

AVRELII AVGVSTINI  
OPERA

*PARS XVI, 2*

TVRNHOLTI

TYPOGRAPHI BREPOLS EDITORES PONTIFICII

MCMLXVIII

SANCTI  
AVRELII AVGVSTINI

DE TRINITATE  
LIBRI XV

(LIBRI XIII-XV)

CVRA ET STVDIO  
W. J. MOUNTAIN

AVXILIANTE  
FR. GLORIE

TVRNHOLTI  
TYPOGRAPHI BREPOLS EDITORES PONTIFICII  
MCMLXVIII

2160 . C 73 0.50 A

SVMPTIBVS SVPPEDITANTE  
SVPREMO BELGARVM MAGISTRATV  
PVBLICAE INSTITVTIONI  
ATQVE OPTIMIS ARTIBVS PRAEPOSITO  
EDITVM

DE TRINITATE  
LIBRI XIII-XV

## SIGLA CODICVM ET EDITIONVM

- A* codex ATREBATENSIS 589, saec. XI.
- B* codex BIGOTIANVS, Parisinus bibl. nat. lat. 2088, saec. XI-XII.
- C* codex CAMERACENSIS 300 (282), saec. VIII.
- E* codex EINSIDLENSIS 145, saec. X.
- F* codex PARISINVS, bibl. armamentarii, 303 (419 T.L.), saec. XII.
- I* codex EPOREDIENSIS 34 (LXXVII), saec. X.
- J* codex VINDOCINENSIS 37, saec. XI.
- K* codex OXONIENSIS Bodleianus Laud. misc. 126, saec. VIII.
- L* codex LAVDVNENSIS 130, saec. IX.
- M* codex CASINENSIS 19, saec. VIII-IX.
- N* codex NAMVRCENSIS 33, saec. IX.
- O* codex PARISINVS, bibl. nat., nouv. acq. lat. 1445, saec. IX.
- P* codex BEROLINENSIS Phillipps 1681, saec. X.
- R* codex REMENSIS 390, saec. IX.
- S* codex SANGALLENSIS 175, saec. IX.
- T* codex PARISINVS, bibl. nat., nouv. acq. lat. 1446, saec. X-XI.
- V* codex VATICANVS Palatinus lat. 202, saec. VIII-IX.
- Gold.* editio A. GOLDBACHER sancti Augustini Epistulae 174, in CSEL 44 (Vindobonae, 1904), p. 650-651, cuius editionis paginae sub siglo V in margine adnotantur.
- $\mu$  editio Benedictinorum e Congregatione sancti MAVRI, t. VIII, Parisiis, 1688. Numeri capituum et sectionum ex hac editione retinentur in textu praesentis editionis uncis quadratis inclusi.
- PL editio J. P. MIGNE, *Patrologia Latina*, t. 42, Parisiis, 1886.
- PLS «*De Trinitate*, Capitula edita e codice Casinensi 18, saec. XII, » *Patrologiae Latinae Supplementum*, II, Parisiis, 1960, col. 1545-1555.

## SIGLA TESTIVM

- Agob., imagin.* AGOBARDVS episcopus Lugdunensis, *Liber de imaginibus sanctorum*, PL 104, 199-229.
- Alcuin., trin.* Flaccus ALCVINVS abbas Turonensis, *De fide sanctae et indiuiduae trinitatis libri iii*, PL 101, 13-58.
- Amalar., off.* Symphrosius AMALARIVS, *Liber officialis*, ed. J. M. HANSSENS, in *Studi e testi*, CXXXIX, p. 9-543.
- Arausic., can. 12* Canon 12 concilii Arausicani II (a. 529), ed. H. DENZINGER - A. SCHÖNMETZER, in *Enchiridion Symbolorum*, editio XXXIII, p. 134; C. DE CLERCQ, *Concilia Galliae a. 511-695*, CC 148A, p. 59.
- Aug., retract.* AVGVSTINVS, *Retractationes*, ed. P. KNÖLL, CSEL 36.
- Beat., adu. Elipand.* BEATVS abbas Liebanensis, *Aduersus Elipandum libri ii*, PL 96, 893-1030.
- Beda* BEDA uenerabilis, *Collectio ex opusculis sancti Augustini in epistulas Pauli apostoli*.  
*A* cod. AVDOMARENSIS, Bibl. mun., 91, saec. IX.  
*P* cod. PARISINVS, Bibl. Nat., lat. 11574, saec. IX.
- Beda, in Luc.* BEDA uenerabilis, *In Lucae euangelium expositio*, ed. D. HURST, CC 120, p. 5-425.
- Beda, orat.* BEDA uenerabilis, *Oratio tertia ex libello precum*, PL 94, 529.
- Ben., munim.* BENEDICTVS Anianensis, *Munimenta fidei*.  
*p* cod. PARISINVS, Bibl. Nat., lat. 2390, saec. XI.
- Carolus magnus, epist. XIX* CAROLVS magnus, *Epistula xix ad Leonem III papam*, PL 98, 923-929.
- Cassiod., in psalm. LX* Aurelius CASSIODORVS senator, *Expositio in psalmum lx*, ed. M. ADRIAEN, CC 97, p. 537-542.
- Cassiod., in psalm. LXI* Aurelius CASSIODORVS senator, *Expositio in psalmum lxi*, *ibid.*, p. 542-549.
- coll.* *Ex libris beati Augustini de sancta trinitate haec collecta sunt*.  
*b* cod. BONONIENSIS, Bibl. mun., 51, saec. IX.
- Coll. Auell., epist. 196 (Iust.)* *Epistula 196 (IUSTINIANI imperatoris) ex Collectione Auellana*, ed. O. GÜNTHER, CSEL 35-II, p. 655-656.

- Coll. Nou.* *Exempla Sanctorum Patrum ex Collectione Nouariensi*, ed. E. SCHWARTZ, ACO, IV-II, p. 74-96.  
*N* cod. NOVARIENSIS, Bibl. Capitolare, 60 (XXX), saec. IX.
- Dungal., respons.* DVNGALVS reclusus, *Responsa contra peruersas Claudii Taurinensis episcopi sententias*, PL 105, 465-530.
- Elipand., epist. IV* ELIPANDVS episcopus Toletanus, *Epistula iv ad Albinum*, PL 96, 870-880.
- Eug.* EVGIPPVS abbas, *Excerpta ex operibus s. Augustini*, ed. P. KNÖLL, CSEL 9-I.  
*A* cod. AMBROSIANVS C. 73, inf., saec. VII.  
*D* cod. DESNOYERS 1720, saec. VIII.  
*G* cod. SANGALLENSIS 176, saec. IX.  
*M* cod. CHELTENHAMENSIS 12263, saec. VIII.  
*P* cod. PARISINVS, Bibl. Nat., lat. 11642, saec. IX.  
*Q* cod. PARISINVS, Bibl. Nat., lat. 11642, folia sex postrema, saec. IX.  
*T* cod. PARISINVS, Bibl. Nat., lat. 2109, saec. IX.  
*V* cod. VATICANVS 3375, saec. VI.  
*v* cod. VERCELLENIS XXX (94), saec. X.
- Quando codices a KNÖLL adhibiti consentiunt in lectionibus uariantibus, parenthesi includuntur in apparatu critico : ex. gr. *Eug.* (*G P v*).
- excerpt.* *Excerpta.*  
*p* cod. PARISINVS, Bibl. Nat., lat. 9539, saec. IX.
- Facund., defens.* FACVNDVS episcopus Hermianensis, *Pro defensione trium capitulorum concilii Chalcedonensis libri xii ad Iustinianum imperatorcm*, PL 67, 527-852.
- Ferrand., epist. VI* Fulgentius FERRANDVS, *Epistula vi ad Pelagium et Anatolium diaconos urbis Romae*, PL 67, 921-928.
- Fulg., ad Monim.* FVLGENTIVS episcopus Ruspensis, *Ad Monimum libri iii*, ed. I. FRAIPONT, CC 91, p. 1-64.

- Fulg., ad Ferrand.* FVLGENTIVS episcopus Ruspensis, *Epistula xiv ad Ferrandum*, *ibid.*, 387-444.
- Fulg., trin.* FVLGENTIVS episcopus Ruspensis, *De trinitate ad Felicem notarium*, ed. I. FRAIPONT, CC 91A, p. 633-646.
- Godesc., diuers.* GODESCALCHVS Orbacensis, *De diuersis*, ed. C. LAMBOT, p. 294-324.
- Godesc., excerpt.* GODESCALCHVS Orbacensis, *Excerpta de trinitate*, *ibid.*, p. 101-130.
- Godesc., opusc. I* GODESCALCHVS Orbacensis, *Opusculum primum de rebus grammaticis*, *ibid.*, p. 353-420.
- Godesc., respons.* GODESCALCHVS Orbacensis, *Responsa de diuersis*, *ibid.*, p. 130-179.
- Godesc., trin.* GODESCALCHVS Orbacensis, *De trinitate*, *ibid.*, p. 259-279.
- Godesc., trina* GODESCALCHVS Orbacensis, *De trina deitate*, *ibid.*, p. 81-99.
- Hadr.* *Hadrianum siue Epistula secunda Hadriani I papae*, ed. K. HAMPE, MGH, *Epistulae V (Aeui Karolini III)*, p. 5-58.  
V cod. VATICANVS lat. 3827, saec. X.
- Hisp.* *Epistula episcoporum Hispaniae ad episcopos Franciae*, ed. A. WERMINGHOFF, MGH, *Legum Sectio III, Concilia II (Aeui Karolini I-II)*, p. III-II9.
- Ioh.* IOHANNES diaconus, *Expositum in Heptateuchum*.  
P cod. PARISINVS, *Bibl. Nat.*, lat. 12309, saec. IX.
- Ioh. papae II epist.* IOHANNES papa II, *Epistula*, ed. E. SCHWARTZ, ACO, IV-II, p. 206-210.  
A cod. PARISINVS, *Bibl. de l'Arse-  
nal*, 351, saec. XII.
- Isid., lib. num.* ISIDORVS episcopus Hispalensis, *Liber numerorum*, PL 83, 179-200.
- Isid., orig.* ISIDORVS episcopus Hispalensis, [*Etymologiarum siue*] *Originum libri xx*, ed. W. M. LINDSAY, t. I et II.
- A *Laureshamensis monasterii bibliothecae catalogus*, ed. G. BECKER, in *Catalogi Bibliothecarum Antiqui*, p. 102-105.
- LC *Libri Carolini*, ed. H. BASTGEN, MGH, *Legum Sectio III, Concilia II, Supplementum*, p. 1-228.  
V cod. VATICANVS lat. 7207, saec. VIII.

- A     cod. PARISINVS, Bibl. de l'Arse-  
nal, 663, saec. IX.
- Licin.*            LICINIANVS episcopus Carthaginiensis, *Epis-  
tula secunda*, ed. I. MADOZ, p. 123-124.  
          E     cod. EL ESCORIAL, Real Bibl.,  
          &. 14, saec. VIII-IX.
- Maxent.*         Iohannes MAXENTIVS, *Libellus fidei*, ed. E.  
          SCHWARTZ, ACO, IV-II, p. 2-10.
- Paris.*            *Libellus synodalis Parisiensis*, ed. A. WER-  
          MINGHOFF, MGH, Legum Sectio III, Con-  
          cilia II (Aeui Karolini I-II), p. 480-532.
- Pelag., defens.*    PELAGIVS diaconus ecclesiae Romanae, *In  
          defensione trium capitulorum*, ed. R. DE-  
          VREESE, in *Studi e testi*, LVII, p. 1-71.
- process.*         PS.-ALCVINVS, *Libellus de processione spiri-  
          tus sancti*, PL 101, 64-84.
- Prosop., sent.*    PROSPER Aquitanus, *Sententiae ex operibus  
          s. Augustini*, PL 51, 427-496.  
          c     cod. TVRONENSIS, Bibl., mun.,  
          396, saec. XIV.  
          j     cod. PARISINVS, Bibl. Nat., Jo-  
          liensis 17413, saec. XII.  
          l     cod. PARISINVS, Bibl. Nat., Col-  
          bertinus 2041 (393), saec. XV.
- Smar.*            SMARAGDVS abbas, *Libellus de processione  
          sancti spiritus*, ed. A. WERMINGHOFF,  
          MGH, Legum Sectio III, Concilia II  
          (Aeui Karolini I-II), p. 236-239.
- Spal.*            *Decretum concilii secundi Spalensis*, ed. I.  
          VIVES, in *Concilios Visigóticos e Hispano-  
          Romanos*, I, p. 163-185.
- Theodulf., spir.*    THEODVLVVS episcopus Aurelianensis, *De  
          spiritu sancto*, PL 105, 239-276.
- Tolet. XI*         *Symbolum concilii undecimi Toletani*, ed.  
          I. MADOZ, p. 16-26.
- Tolet. XV*         *Decretum concilii quinti decimi Toletani*, ed.  
          I. VIVES, in *Concilios Visigóticos e Hispa-  
          no-Romanos*, I, p. 449-474.
- Vinc.*            VINCENTIVS Lirinensis, *Excerpta*, ed. W. J.  
          MOUNTAIN, in *Sacris Erudiri*, XVIII  
          (1967-1968), p. 385-405.

## SIGLA COMMVNIA

<i>A<sup>a</sup></i>	codex <i>A</i> ante correctionem ab alia manu secundum lectionem textus.
<i>A<sup>1</sup></i>	codex <i>A</i> post correctionem ab ipsa prima manu.
<i>A<sup>2</sup>, A<sup>3</sup></i>	codex <i>A</i> post correctionem ab altera manu ; post correctionem a tertia manu.
<i>add.</i>	addidit
<i>alt., tert.</i>	alterum, tertium, etc.
<i>cett.</i>	ceteri
<i>codd.</i>	codices
<i>cf.</i>	confer
<i>corr.</i>	correxit
<i>def.</i>	deficit
<i>del.</i>	deleuit
<i>ed.</i>	editio, editor
<i>eras.</i>	erasit
<i>exp.</i>	expunxit, expunctum
<i>i. mg.</i>	in margine
<i>i. ras.</i>	in rasura
<i>lit(t).</i>	littera, litterae
<i>m.</i>	manus, manu
<i>om.</i>	omisit
<i>pr.</i>	prius, primum
<i>praem.</i>	praemisit
<i>ras.</i>	rasura, rasuram
<i>s. l.</i>	supra lineam, exempli gratia : modo, <sup>quo</sup> s. l. est.
<i>superscr.</i>	superscripsit, superscriptum
<i>test.</i>	testes
{ }	his signis inclusa sunt uerba in textu, quae addi ab ipso auctore uisa sunt.
*	asterisco in apparatu primo praenotantur loci sacrae Scripturae, quibus non iuxta Vulgatae uersionem uti uidetur s. Augustinus.
( )	codices parenthesi inclusi in apparatu altero non leguntur nisi signum <sup>o</sup> appareat in apparatu critico. parenthesis adhibetur in apparatu critico ad significandum consensum codicum Eugippii adhibitorum a Knöll.
<sup>o</sup>	significat lectiones omnium codicum, etiam illorum quorum sigla parenthesi inclusi sunt in apparatu altero, dari in apparatu critico.
[ ]	lectiones uariantes testium quorum sigla uncis quadratis inclusi sunt in apparatu altero dantur non in apparatu critico sed in appendice D.



## LIBER XIII

I. [I 1] In libro superiore huius operis duodecimo satis egimus discernere rationalis mentis officium in temporalibus rebus, ubi non sola cognitio uerum et actio nostra uersatur, ab excellentiore eiusdem mentis officio quod contemplandis aeternis rebus impenditur ac sola cognitione finitur. Commodius autem fieri puto ut de scripturis sanctis aliquid interseram quo facilius possit utrumque dinosci. μ 925  
PL 1013

[2] Euangelium suum Iohannes euangelista sic orsus est : *In principio erat uerbum, et uerbum erat apud deum, et deus erat uerbum ; hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso uita erat, et uita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo cui nomen erat Iohannes ; hic uenit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux uera quae inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognouit. In propria uenit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius ; qui non ex sanguinibus neque ex uoluntate carnis neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Et uerbum caro factum est et habitauit in nobis. Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae et ueritatis.* μ 926  
μ 927

Hoc totum quod ex euangelio posui in praecedentibus suis partibus habet quod immutabile ac sempiternum est, cuius contemplatio nos beatos facit ; in consequentibus uero permixta cum temporalibus commemorantur aeterna. Ac per hoc aliqua ibi ad scientiam pertinent, aliqua ad sapientiam sicut in libro duodecimo praecessit nostra distinctio. Nam,

---

I. 9/25 Ioh. I, 1-14.

---

Codd. : ABC NOS FJKPT (ILMRV).

---

I. 3 cogitatio A<sup>a</sup> S uerum] add. etiam T 3/4 excellentiori T 4 quo P<sup>a</sup> 6 quod A<sup>a</sup> C<sup>a</sup> 8 iohannis K exorsus C μ 12 erat pr.] est S 16 Erat alt.] add. ille K 17 hunc] eras. N 20 receperunt pr.] perceperunt L 21 his — eius om. A<sup>a</sup> C °iis μ 22 uoluntate pr.] uoluptate T uoluntate alt.] uoluptate O<sup>3</sup> T 24 uidimus] i alt. ex e per ras. K gloriam gloriam eius F 25 gratia J P ueritatis] i alt. ex e per ras. K, ueritate J P 26 ex] de J suis om. T<sup>a</sup> 27 °habet] add. et T, om. I<sup>a</sup> 29 cum om. S temporalibus] ra s. l. P<sup>1</sup> 30 pertinet S<sup>a</sup> 31 °nostra praecessit μ

*In principio erat uerbum, et uerbum erat apud deum, et deus erat uerbum; hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Quod factum est*  
 35 *in ipso uita erat, et uita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt, contemplatiuam uitam requirit et intellectuali mente cernendum est. Qua in re*  
 quanto magis quisque profecerit tanto fiet sine dubitatione sapientior. Sed propter id quod ait, *lux lucet in tenebris, et tene-*  
 40 *brae eam non comprehenderunt, fide utique opus erat qua crederetur quod non uidetur. Tenebras quippe intellegi uoluit auersa ab huiusmodi luce eamque minus idonea contueri corda mortalium, propter quod adiungit et dicit: Fuit homo*  
*missus a deo cui nomen erat Iohannes; hic uenit in testimonium*  
 45 *ut testimonium perhiberet de lumine ut omnes crederent per illum.*

PL 1014

Hoc iam temporaliter gestum est et ad scientiam pertinet quae cognitione historica continetur. Hominem autem Iohannem in phantasia cogitamus quae de humanae naturae notitia impressa est nostrae memoriae. Et hoc eodem modo cogitant  
 50 siue qui ista non credunt siue qui credunt. Vtrisque enim notum est quid sit homo cuius exteriorem partem, id est corpus, per corporis lumina didicerunt; interiorem uero, id est animam, in se ipsis quia et ipsi homines sunt et per humanam conuersationem cognitam tenent, ut possint cogitare quod  
 55 dicitur, *Fuit homo cui nomen erat Iohannes*, quia et nomina sciunt loquendo et audiendo. Quod autem ibi est, *missus a deo*, fide tenent qui tenent, et qui fide non tenent aut dubitatione ambigunt aut infidelitate derident. Vtrique tamen, si non sunt ex numero nimis insipientium qui dicunt *in corde*  
 60 *suo: Non est deus*, haec audientes uerba utrumque cogitant, et quid sit deus et quid sit mitti a deo, et si non sicut res se habent, at certe sicut ualent.

32/36 Ioh. 1, 1-5. 39/40 Ioh. 1, \*5. 40/41 Ioh. 20, 29. 43/45 Ioh. 1, 6-7.  
 55/57 Ioh. 1, 6. 59/60 Ps. 13, 1; 52, 1.

Codd.: ABC NOS FJKPT (ILMRV).

33 °principio] *add.* a principio V<sup>a</sup> 36 ea K 37 Qua in re] quia in se P<sup>a</sup>  
 38 proficerit S<sup>a</sup> K<sup>2</sup> 41 uideretur B<sup>2</sup> μ °uoluit *om.* R<sup>a</sup> 42 °aduersa (d  
*exp.) A, auersam S<sup>2</sup>, uersa M<sup>a</sup> lucc/ I litt. eras. K idoneam S<sup>2</sup> 43*  
*corda mortalium] recordamur mortalium S 46 sapientiam A<sup>a</sup> 47 historica]*  
*c. s. l. A<sup>1</sup> 50 °qui pr. om. R<sup>a</sup> utriusque (u alt. exp. del.) A 51 °quod M 52*  
*lumen addixerunt C 53 animam] add. et T 54 cognitum K<sup>2</sup> possit S*  
 55 homo] *add.* missus a deo A J<sup>a</sup>, *add.* missus P °omnia L<sup>a</sup> 56 °est] *praem.*  
*dictum V<sup>2</sup> 57 tcnent pr.] tent T<sup>a</sup> fide alt.] fidem K 57/58 dubitationem*  
 C<sup>a</sup> 60 suo *om.* N<sup>a</sup> utriusque s<sup>1</sup>a B<sup>a</sup> C K 61 °si *om.* I L<sup>a</sup> I<sup>a</sup> se res T<sup>2</sup>  
 se] scse F, *om.* T 62 °at] *ita* O I M R μ, aut K P, *om. cett. codd.* °sicut]  
 sic ut P, *om.* R<sup>a</sup>

[3] Fidem porro ipsam quam uidet quisque in corde suo esse si credit, uel non esse si non credit, aliter nouimus ; non  
 65 sicut corpora quae uidemus oculis corporis et per ipsorum  
 imagines quas memoria tenemus etiam absentia cogitamus ;  
 nec sicut ea quae non uidimus et ex his quae uidimus cogita-  
 tione utcumque formamus et memoriae commendamus quo  
 70 que imagines eorum quas ibi fiximus, similiter recordatione μ 928  
 cernamus ; nec sicut hominem uiuum cuius animam etiamsi  
 non uidemus ex nostra conicimus, et ex motibus corporalibus  
 hominem uiuum sicut uidendo didicimus intuemur etiam  
 cogitando. Non sic uidetur fides in corde in quo est ab eo cuius  
 75 est, sed eam tenet certissima scientia clamatque conscientia.  
 Cum itaque propterea credere iubeamur quia id quod credere  
 iubemur uidere non possumus, ipsam tamen fidem quando PL 1015  
 inest in nobis uidemus in nobis quia et rerum absentium  
 praesens est fides, et rerum quae foris sunt intus est fides, et  
 80 rerum quae non uidentur uidetur fides, et ipsa tamen tempora-  
 liter fit in cordibus hominum ; et si ex fidelibus infideles fiunt,  
 perit ab eis. Aliquando autem et rebus falsis adcommodatur  
 fides ; loquimur enim sic ut dicamus : ‘Habita est ei fides, et  
 decept.’ Qualis fides, si tamen et ipsa dicenda est fides, non  
 85 culpabiliter de cordibus perit quando eam inuenta ueritas  
 pellit. Optabiliter autem rerum uerarum in easdem res fides  
 transit ; non enim dicendum est : ‘Perit,’ quando ea quae  
 credebantur uidentur. Numquid enim adhuc fides dicenda  
 est cum definita sit in epistula ad hebraeos fides dictumque  
 90 sit eam esse *conuictionem rerum quae non uidentur* ?

[4] Deinde quod sequitur, *hic uenit in testimonium ut testi-  
 monium perhiberet de lumine ut omnes crederent per illum*,  
 actio, ut diximus, temporalis est. Temporaliter enim testimo-

81 Ioh. 20, 27.    90 Hebr. 11, \*1.    91/92 Ioh. 1, 7.

Codd. : A B C    N O S    F J K P T    ( I L M R V ).

63 <sup>o</sup>quisquam L<sup>a</sup>    64 si *pr.*] sic S, om. P<sup>a</sup>    credit *pr.*] credent S    <sup>o</sup>non alt.  
 om. V<sup>a</sup> non *tert.*] *add.* quidem S<sup>2</sup>    65 corporis] corporeis F T μ    66 absen-  
 tiam C<sup>a</sup>    67 uidimus *pr.*] uidemus S K    <sup>o</sup>et — uidimus alt. om. R    <sup>o</sup>iis μ  
 uidimus alt.] uidemus S    68 <sup>o</sup>memoria M    qua A<sup>a</sup>    69 eam O    70 finximus  
 N<sup>2</sup>    72 uidimus J<sup>a</sup>    nostram C<sup>a</sup>    73 <sup>o</sup>uiuendo V<sup>2</sup>    dicimus O<sup>a</sup>    75 eam]  
 etiam K    <sup>o</sup>scientia om. R<sup>a</sup>    <sup>o</sup>clamantque T<sup>2</sup>, clamat quae I    77 iubemur M<sup>a</sup>  
 78 <sup>o</sup>inest] est R    in *pr.* om. P    quia] qua T    et om. P    79/80 quae — rerum  
 om. S<sup>a</sup>    80 uidetur] uidentur C<sup>a</sup>    81 infideles] in s. l. K<sup>1</sup>    83 sicut C N F K  
 dicamur C    84 decipit A<sup>a</sup> P, dicamus C    87 <sup>o</sup>transit] nostra fit I    89  
 diffinita P    <sup>o</sup>ad] in I    90 ea S<sup>a</sup>    <sup>o</sup>conuinctionem S J T V, conec-  
 tionem S<sup>2</sup>, confictionem P, coniunctionem L R    92 <sup>o</sup>per illum] de lumine R<sup>a</sup>  
 93 est om. C    93/94 <sup>o</sup>testimonium perhibetur om. R<sup>a</sup>

nium perhibetur etiam de re sempiterna quod est intellegibile  
 95 lumen. De quo *ut testimonium perhiberet uenit* Iohannes qui  
*non erat lux sed ut testimonium perhiberet de lumine*. Adiungit  
 enim : *Erat lux uera quae inluminat omnem hominem uenientem*  
*in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per eum factus est,*  
 100 *et mundus eum non cognouit. In propria uenit, et sui eum non*  
*receperunt*. Haec uerba omnia qui latinam linguam sciunt ex  
 rebus intellegunt quas nouerunt. Quarum aliquae nobis in-  
 notuerunt per corporis sensus sicut homo, sicut ipse mundus  
 cuius tam euidentem magnitudinem cernimus, sicut eorundem  
 uerborum soni ; nam et auditus sensus est corporis. Ali-  
 105 quae autem per animi rationem sicut id quod dictum est,  
*sui eum non receperunt* ; intellegitur enim, ‘non in eum credide-  
 runt,’ quod quid sit nullo corporis sensu sed animi ratione  
 cognouimus. Ipsorum etiam uerborum non sonos sed significa-  
 tiones partim per corporis sensum, partim per animi rationem  
 110 didicimus. Nec ea uerba nunc primum audiuius, sed quae  
 iam audieramus et non solum ipsa uerum etiam quae significa-  
 rent cognita memoria tenebamus et hic agnouimus. Hoc enim  
 nomen disyllabum cum dicitur *mundus*, quoniam sonus est,  
 res utique corporalis per corpus innotuit, id est per aurem ;  
 115 sed etiam quod significat per corpus innotuit, id est per oculos  
 carnis. Mundus quippe in quantum notus est uidentibus notus  
 est. At hoc uerbum quattuor syllabarum quod est ‘credide-  
 runt,’ sono suo quoniam corpus est per aurem carnis inlabitur ;  
 quod autem significat nullo corporis sensu sed animi ratione  
 120 cognoscitur. *Nisi enim quid sit ‘crediderunt’ per animum nos-*  
*semus, non intellegeremus quid non fecerint illi de quibus*  
*dictum est, et sui eum non receperunt*. Sonus ergo uerbi forin-  
 secus instrepat auribus corporis et attingit sensum qui uocatur

μ 929

95 Ioh. 1, 7. 96 Ioh. 1, 8. 97/100 Ioh. 1, \*9-11. 106 Ioh. 1, 11. 113  
 Ioh. 1, 10. 120/122 Is. 7, \*9. 122 Ioh. 1, 11.

Codd. : A B C N O S F J K P T (I L M R V).

94 °est] s. l. C<sup>1</sup>, praem. non I<sup>a</sup> 95 quo] q// 2 litt. eras. B<sup>a</sup> testimonium C<sup>a</sup>  
 96 ut om. C<sup>a</sup> 98 hunc] eras. N, om. C F eum] ipsum J P μ 100 uerba]  
 uera C 101 aliqua S<sup>a</sup> T 102 sensum B<sup>2</sup> S 103 cuius tam] cuiusdam S,  
 cuius nam S<sup>2</sup> tam] tamen C euidentem] uidentem C<sup>a</sup>, uidente S, uidentes  
 S<sup>2</sup> 103/104 eorundem] n s. l. T<sup>1</sup> 104 °auditis L<sup>a</sup> 104/105 aliqua S<sup>2</sup> T  
 105 °anime (e superscr.) M<sup>2</sup> 106 °sui] praem. et μ 107 sit om. N<sup>a</sup> °nollo  
 V<sup>a</sup> °sensus R<sup>a</sup> 108 °non] add. solum A<sup>2</sup> L 109 animi] animam C,  
 animae C<sup>2</sup>, corporis P<sup>a</sup> 110 °uerba om. V<sup>a</sup> audimus A<sup>a</sup> B<sup>a</sup> C F 111  
 °iam] etiam B<sup>2</sup>, om. M<sup>a</sup> 111/112 significaret S<sup>a</sup> 112 condita F P °hic]  
 in ea I 114 res] praem. et N 114/115 id — innotuit om. S<sup>a</sup> 115 quid J  
 oculis C<sup>a</sup> 117 At hoc] ad hoc C S<sup>a</sup> J K<sup>1</sup> T<sup>a</sup>, adhuc K 119 nullo] nolo  
 C<sup>a</sup>, nollo T<sup>a</sup> 120/121 nosceremus T 123 instrepat] praem. et P attingit T<sup>a</sup>

auditus. Species quoque hominis et in nobis ipsis nobis nota  
 125 est et forinsecus in aliis adest corporis sensibus, oculis cum PL 1016  
 uidetur, auribus cum auditur, tactui cum tenetur et tangitur  
 Habet etiam in memoria nostra imaginem suam, incorporalem  
 quidem sed corpori similem. Mundi denique ipsius mirabilis  
 pulchritudo forinsecus praesto est et aspectibus nostris et ei  
 130 sensui qui dicitur tactus si quid eius attingimus. Habet etiam  
 ipse intus in memoria nostra imaginem suam ad quam recur-  
 rimus cum eum uel septi parietibus uel etiam in tenebris  
 cogitamus. Sed de his imaginibus rerum corporalium incor-  
 poralibus quidem, habentibus tamen similitudines corporum  
 135 et ad uitam exterioris hominis pertinentibus, iam satis in  
 undecimo libro locuti sumus.

Nunc autem agimus de homine interiore et eius ea scientia,  
 quae rerum est temporalium et mutabilium. In cuius inten-  
 tionem cum assumitur aliquid etiam de rebus ad exteriorem  
 140 hominem pertinentibus, ad hoc assumendum est ut aliquid  
 inde doceatur quod rationalem adiuuet scientiam, ac per hoc  
 rerum quas communes cum animantibus inrationabilibus habe-  
 mus rationalis usus ad interiorem hominem pertinet, nec recte  
 dici potest cum inrationabilibus animantibus eum nobis esse  
 145 communem.

II. [II 5] Fides uero de qua in hoc libro aliquanto diutius dis-  
 putare certa dispositionis nostrae ratione compellimur, quam  
 qui habent fideles uocantur, et qui non habent infideles sicut  
 hi qui *uenientem in propria* dei filium *non receperunt*, quamuis  
 5 ex auditu in nobis facta sit, non tamen ad eum sensum corpo-  
 ris pertinet qui appellatur auditus quoniam non est sonus,

---

II. 4 Ioh. I, 9.11.

---

Codd. : A B C N O S F J K P T (I L M R V).

---

124 nobis *alt. om.* B C S P T 125 cum *om.* S<sup>a</sup> 126 tactu K 127 in] iam  
*del.* S 128 corpori] corpori/ 1 *litt. eras.* B ; corporis (s *eras.*) N, T mundum  
 (corr. 1 m.) T 130 tactu/ 1 *litt. eras.* T<sup>a</sup> °si quid] sicut M attingimus K  
 131 suam] *add.* incorporalem quidem sed *i. mg.* T<sup>2</sup>, *add.* corporis (s *eras.*) similem T  
 131/132 recurrimus] *re eras.* A 132 uel eum O<sup>2</sup> eum *om.* O septi uel F<sup>a</sup>  
 133/134 incorporalibus] in *s. l.* K<sup>1</sup>, incorporales C T 136 decimo S 137  
 autem *om.* T °scientia ea L μ ea] *s. l.* P<sup>1</sup> 138 immutabilium T 139  
 adsummitur C<sup>a</sup> 141 °rationem V<sup>a</sup> adiubet K<sup>a</sup> ac] ad T per *om.* T<sup>a</sup>  
 142 inrationabilibus] *bi exp.* A<sup>2</sup>, *bi eras.* N, in rationalibus O K 143 usus] *add.*  
 rationalis sensus T 144 inrationabilibus A, (*bi eras.*) N, S J °animantibus  
*om.* L.

II. *om.* A B C 2 disputationis K °cum pellimur R 3 habent qui C  
 4 hi/ 1 *litt. eras.* B K, ii μ 5 auditu in] auditui N K

nec ad oculos huius carnis quoniam non est color aut corporis  
 forma, nec ad eum qui dicitur tactus quoniam corpulentiae  
 nihil habet, nec ad ullum omnino sensum corporis quoniam  
 10 cordis est res ista non corporis, nec foris est a nobis sed in  
 intimis nobis, nec eam quisquam hominum uidet in alio sed  
 unusquisque in semetipso, denique potest et simulatione  
 confingi et putari esse in quo non est. Suam quisque igitur  
 fidem apud se ipsum uidet; in altero autem credit eam esse,  
 15 non uidet, et tanto firmiter credit quanto fructus eius magis  
 nouit quos operari solet *fides per dilectionem*.

Quamobrem omnibus de quibus euangelista subiungit et  
 dicit: *Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios  
 dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus  
 20 neque ex uoluntate carnis neque ex uoluntate uiri, sed ex deo  
 nati sunt*, fides ista communis est, non sicut aliqua corporis  
 forma communis est ad uidendum omnium oculis quibus  
 praesto est (ex ipsa quippe una omnium cernentium quodam  
 modo informatur aspectus), sed sicut dici potest omnibus  
 25 hominibus esse facies humana communis. Nam hoc ita dicitur  
 ut tamen singuli suas habeant. Ex una sane doctrina impres-  
 sam fidem credentium cordibus singulorum qui hoc idem  
 credunt uerissime dicimus, sed aliud sunt ea quae creduntur, PL 1017  
 aliud fides qua creduntur. Illa quippe in rebus sunt quae uel  
 30 esse uel fuisse uel futura esse dicuntur; haec autem in animo  
 credentis est, ei tantum conspicua cuius est, quamuis sit et in  
 aliis, non ipsa sed similis. Non enim numero est una sed gene-  
 re; propter similitudinem tamen et nullam diuersitatem magis  
 unam dicimus esse quam multas. Nam et duos homines similli-  
 35 mos cum uidemus, unam faciem dicimus et miramur amborum.  
 Facilius itaque dicitur multas animas fuisse singulas utique

16 Gal. 5, \*6. 18/21 Ioh. 1, 12-13. 38 Act. 4, 32. Eph. 4, 5.

Codd.: ABC NOS FJKPT (ILMRV).

7 carnis] corporis B<sup>2</sup> colora ut C 8 corpulentiae C<sup>a</sup> 9 sensum omnino  
 P 10 cordis — corporis] *i. mg. et i. r.* N<sup>2</sup> °est alt. om. I 11 °nobis]  
*praem.* in L 12 simulationem S<sup>a</sup> 13 putare T<sup>a</sup> in quo] quod J igitur  
 quisque A<sup>2</sup> S μ 14 °semetipsum I, (met *eras.*) L autem] quidem T<sup>a</sup> °esse  
 eam μ esse] *add. et exp.* A<sup>s</sup> 15 °maius I 16 °solet] nouit M 17  
 euangelista (u *pr. exp.*) T 18 °quotquot] quod (?) K<sup>a</sup>, quodquod M 19  
 °is μ 20 uoluntate *pr.*] uoluptate T carnis — uoluntate *alt. om.* S uolun-  
 tate *alt.*] uoluptate O<sup>3</sup> T 21 ista] *s. l.* N<sup>1</sup> 22 est *om.* P 24 dicitur M<sup>a</sup>  
 24/25 hominibus omnibus S<sup>a</sup> 25 hoc *om.* N 26 °habent M sane] *del.*  
 S<sup>2</sup> 27 cordibus singulorum] *s. l.* B<sup>1</sup> 28 °credunt] creduntur M °alia A<sup>2</sup>  
 L V 29 creditur A<sup>a</sup> C T 30 futuras C, futurae C<sup>2</sup> T μ 31 ei] et S  
 conspicua] *add.* ei S et] *s. l.* O<sup>1</sup> 33 et] ex T diuersitate T 34/35  
 simillimos T, similimos T<sup>2</sup> 35 uiderimus T 36 dicitur] dicimus T, uidimus  
 T<sup>a</sup>

singulorum de quibus legimus in actibus apostolorum quod eis fuerit *anima una*, quam ubi dixit apostolus, *una fides*, tot eas audet quisquam dicere quot fideles. Et tamen qui dicit :  
 40 *O mulier, magna est fides tua*, et alteri : *Modicae fidei, quare dubitasti ?*, suam cuique esse significat. Sed ita dicitur eadem credentium *fides una* quemadmodum eadem uolentium uoluntas una cum et in ipsis qui hoc idem uolunt sua uoluntas sit cuique conspicua, alterius autem lateat quamuis idem uelit,  
 45 et si aliquibus signis sese indicet, creditur potius quam uideatur. Vnusquisque autem sui animi conscius non credit utique hanc esse suam sed plane peruidet uoluntatem.

III. [III 6] Est quaedam sane eiusdem naturae uiuentis et ratione utentis tanta conspiratio ut cum lateat alterum quid alter uelit, nonnullae sint tamen uoluntates omnium etiam singulis notae, et cum quisque homo nesciat quid homo alius  
 5 unus uelit, in quibusdam rebus possit scire quid omnes uelint. Vnde illa cuiusdam mimi facetissima praedicatur urbanitas qui cum se promisisset in theatro quid in animo haberent et quid uellent omnes aliis ludis esse dicturum, atque ad diem constitutum ingenti exspectatione maior multitudo conflueret suspensis et silentibus omnibus, dixisse perhibetur :  
 10

*Vili uultis emere et caro uendere.*

In quo dicto leuissimi scenici omnes tamen conscientias inuenerunt suas, eique uera ante oculos omnium constituta et tamen improuisa dicenti admirabili fauore plauserunt. Cur  
 15 autem tam magna exspectatio facta est illo promittente omnium uoluntatem se esse dicturum nisi quia latent hominem aliorum hominum uoluntates ? Sed numquid latuit ista istum ?

40 Matth. 15, 28. 40/41 Matth. 14, 31. 41 Eph. 4, \*5. 44 *idem uelit* : Sall., catil., xx, 4. 45/46 Is. 7, \*9 ; Ioh. 20, 29.

III. 11 Mim. incert., fragm. 12 (ed. Ribbeck<sup>3</sup>).

Codd. : A B C N O S F J K P T (I L M R V).

39 audeat P<sup>2</sup> quot] quod C K<sup>a</sup> 41 °eadem] ea M<sup>a</sup> 43 °in om. R<sup>a</sup>  
 °idem om. R<sup>a</sup> 45 sese] esse K potius] pontius C<sup>a</sup>, om. V<sup>a</sup> 45/46  
 uiditur C<sup>a</sup> 46 Vnusquisque] praem. III K 47 °praeuidet A<sup>2</sup> L, peruidit C<sup>a</sup>.

III.] II A B C, om. K 1 Est] add. plane del. T 3 °tamen sint L μ om-  
 nium] hominum T 4 nesciat] sentiat T 6 illa] s. l. A<sup>1</sup> facetissima C<sup>a</sup>  
 7 promisit T 8 uellint C<sup>a</sup> ludum T 9 multitudo maior F 9/10  
 conflueret] u s. l. K<sup>1</sup> 11 uile A<sup>a</sup> B<sup>a</sup> °et om. L 12 leuissimi] i tert. superscr.  
 N<sup>2</sup> 13 °omnium] hominum M<sup>a</sup> et] s. l. T<sup>1</sup> 15 autem om. N<sup>a</sup> 17  
 °ista latuit L V μ

Numquid quemquam latet ? Qua tandem causa nisi quia sunt  
 quaedam quae non inconuenienter in aliis de se quisque con-  
 20 iciat compatiente uel conspirante uitio seu natura ? Sed aliud  
 est uidere uoluntatem suam, aliud quamuis certissima coniec-  
 tura conicere alienam. Nam conditam Romam tam certum  
 habeo in rebus humanis quam Constantinopolim, cum Romam  
 uiderim oculis meis, de illa uero nihil nouerim nisi quod aliis  
 25 testibus credidi.

Et mimus quidem ille uel se ipsum intuendo uel alios  
 quoque experiendo *uili uelle emere et caro uendere* omnibus  
 id credit esse commune. Sed quoniam reuera uitium est,  
 potest quisque adipisci eiusmodi iustitiam uel alicuius alterius  
 30 uitii quod huic contrarium est incurrere pestilentiam qua huic  
 resistat et uincat. Nam scio ipse hominem cum uenalis codex PL 1018  
 ei fuisset oblatum pretiique eius ignarum et ideo quiddam  
 exiguum poscentem cerneret uenditorem, iustum pretium  
 quod multo amplius erat nec opinanti dedisse. Quid si etiam  
 35 sit quisquam tanta nequitia possessus ut uili uendat quae  
 dimiserunt parentes et caro emat quae consumant libidines ?  
 Non est, ut opinor, incredibilis ista luxuries, et si quaerantur  
 tales reperiantur, aut etiam non quaesiti fortassis occurrant  
 qui nequitia maiore quam theatra propositioe uel pro-  
 40 nuntiationi theatrae insultent magno pretio supra emendo,  
 paruo autem rura uendendo. Largitionis etiam gratia nouimus  
 quosdam emisse frumenta carius et uilius uendidisse suis  
 ciuibus. Illud etiam quod uetus poeta dixit Ennius :

*Omnes mortales sese laudari optant,*

27.35/36.42 Mim. incert., fragm. 12 (ed. Ribbeck<sup>3</sup>). 44 Enn., ann. (apud Aug.,  
 trin. XIII, III, 44; epist. 231, 3 [CSEL 57, 505, 22/23]), incertae sedis fragm. 10  
 (ed. Vahlen, p. 80, 551).

Codd. : A B C N O S F J K P T (I L M R V).

18 Numquid] non quid F 19 quae] que/ 1 litt. eras. N se] add. ipso T  
 °quisque om. M<sup>a</sup> 20 °uitio seu] uitiosa K T M, uitiose R<sup>a</sup> Sed] nam  
 A<sup>2</sup> L 21 quauis S<sup>2</sup> 23 °habeo] ab eo L humanis] hominis C<sup>a</sup>, om. V<sup>a</sup>  
 constantinopolem C<sup>a</sup> 24 uiderem C 26 °minus L M ipsum om. A<sup>a</sup>  
 B<sup>a</sup> C 27 quosque N<sup>2</sup> uile A<sup>a</sup> B uindire C<sup>a</sup> 28 esse credit id P  
 id] et A<sup>a</sup> credit C<sup>a</sup> communem C<sup>a</sup> 29 eiusmodi] u s. l. S<sup>1</sup> 30  
 °quod] quid V<sup>a</sup> qua] add. et P 31 °codex] codix C<sup>a</sup>, quod ex M 33  
 uinditorem C 34 Quid] quod A<sup>a</sup> 35 °nequitia tanta μ uile A<sup>a</sup> B, uilius T  
 38 reperiuntur K P T<sup>1</sup> occurrant] n s. l. K<sup>1</sup>, occurrunt T 39 theatrae S<sup>a</sup>  
 propositione] e i. r. P<sup>2</sup>; propositioni A (i tert. superscr.) B<sup>2</sup>, C, (i tert. i. r.) F<sup>2</sup> ?,  
 T μ; propositionem S<sup>a</sup> 39/40 °pronunciatione P<sup>2</sup> R<sup>a</sup> 40 °supra (r pr. eras.)  
 S, stupram M<sup>2</sup> 42 et] eras. B suis om. S 44 °se I °laudari] ita (er  
 eras.) B, (r alt. i. r.) O<sup>2</sup>, P<sup>2</sup> T R<sup>2</sup> V<sup>2</sup> μ; laudier V<sup>a</sup>; laudari P<sup>a</sup> R<sup>a</sup> cett. codd. ex-  
 optant A<sup>2</sup> N S F J K

45 profecto et de se ipso et de his quos expertus fuerat coniecit  
in aliis, et uidetur pronuntiasse hominum omnium uolunta-  
tem. Denique si et mimus ille dixisset : 'Laudari omnes uul-  
tis ; nemo uestrum uult *uituperari*,' similiter quod esset om-  
nium uoluntatis dixisse uideretur. Sunt tamen qui uitia sua  
50 oderint et in quibus sibi displicent ipsi nec ab aliis se laudari  
uelint, gratiasque agant obiurgantium beneuolentiae cum ideo  
uituperantur ut corrigantur. At si dixisset : 'Omnes beati esse  
uultis ; *miseri esse non uultis*,' dixisset aliquid quod nullus in  
sua non agnosceret uoluntate. Quidquid enim aliud quisquam  
55 latenter uelit, ab hac uoluntate quae omnibus et in omnibus  
satis nota est non recedit.

IV. [IV 7] Mirum est autem cum capessendae atque retinendae  
beatitudinis uoluntas una sit omnium, unde tanta existat de  
ipsa beatitudine rursus uarietas et diuersitas uoluntatum, non  
quod aliquis eam nolit, sed quod non omnes eam norint. Si  
5 enim omnes eam nossent, non ab aliis putaretur esse in uirtute  
animi, aliis in corporis uoluptate, aliis in utraque, et aliis atque

47/48.49/52 Cic., rep. IV, fragm. x, 12 (apud Aug., ciu. dei II, 9 [CC 47, 42, 29/30]) : *displicuisse romanis uel laudari quemquam in scaena uiuum hominem uel uituperari* ; fin. bon. mal. V, xxii, 61 : *ut se accusari nolunt ! quam cupiunt laudari !* ; cf. supra I, iii, 62/67 ; II, prooem., 24/29 ; Aug., serm. dom. in monte II, 1, 1 : *recte autem uiuere et nolle laudari ...* 52/53 Cic., hort., exord., fragm. 36 (ed. Müller, p. 316 ; cf. Cic., tusc. V, x, 28 ; Aug., c. acad., I, ii, 5 [Strom. patr. et med. II, 15, 39] ; beat. uit., ii, 10 [Strom. patr. et med. II, 80, 36] ; lib. arb. II, 9, 27 sqq. ; mor. eccl. cath. I, iii, 4 ; conf. X, xx, 29 ; xxi, 31 ; ciu. dei X, 1 [CC 47, 271, 1/2] ; retr. I, [xiii] xiv ; c. iul. op. imp. VI, 26 [PL 45, 1566<sup>A</sup>] ; epist. 104, iv, 12) ; Epic., epist. ad menoec. (apud Diog. Laërt., uir. ill. X).

iv. - v. cf. XI, vi, 13.

iv. 1/3 Sen., uit. beat., 1, 1 : *Viuere ... omnes beate uolunt, sed ad peruidendum quid sit quod beatam uitam efficiat, caligant.* 2 Epic., epist. ad menoec. (apud Diog. Laërt., uir. ill. X) ; Cic., hort., exord., fragm. 36 (ed. Müller, p. 316 ; cf. Cic., tusc. V, x, 28 ; Aug., c. acad. I, ii, 5 ; beat. uit., ii, 10 ; lib. arb. II, 9, 27 sqq. ; mor. eccl. cath. I, iii, 4 ; conf. X, xx, 29 ; xxi, 31 ; ciu. dei X, 1 ; retr. I, [xiii] xiv ; c. iul. op. imp. VI, 26 ; epist. 104, iv, 12). 5/7 cf. Cic., fin. bon. mal., passim. 6/7 Zeno 6 Epicurus.

Codd. : A B C N O S F J K P T (I L M R V).

45 et pr. om. K P <sup>o</sup>iis  $\mu$  quod T 46 omnium hominum F P T 46/47 uoluntates A<sup>2</sup> O S P  $\mu$ , uoluntas T 47/48 et — uultis] laudari omnes uultis et mimus ille dixisset S 49 <sup>o</sup>uidenterur R<sup>a</sup> tamen] autem J 51 <sup>o</sup>obiurgantis. A<sup>2</sup>, (s. i. r.) S<sup>1</sup> <sup>1</sup>, L <sup>o</sup>ideo] idem M 52 <sup>o</sup>At] t i. r. K<sup>2</sup>, ac J, aut R<sup>a</sup> si] i ex e per ras. K, add. etiam S<sup>2</sup> 54 cognosceret T <sup>o</sup>quisquam] quidquam V<sup>a</sup> 55 <sup>o</sup>omnibus] add. hominibus  $\mu$  et om. A B<sup>a</sup> S.

iv. om. A B C 1 capessendae A<sup>a</sup> C F atque retinendae om. T 2 beatitudines S<sup>a</sup> 3 <sup>o</sup>et] atque  $\mu$  4 nouerint N K 6 <sup>o</sup>uoluntate S, uoluntate M utroque T

aliis, alibi atque alibi. Vt enim eos quaeque res maxime delectauit ita in ea constituerunt uitam beatam. Quomodo igitur feruentissime amant omnes quod non omnes sciunt? Quis potest amare quod nescit, sicut iam de hac re in libris superioribus disputaui? Cur ergo beatitudo amatur ab omnibus nec tamen scitur ab omnibus? An forte sciunt omnes ipsa quae sit, sed non omnes sciunt ubi sit et inde contentio est? Quasi uero de aliquo mundi huius agatur loco ubi debeat quisque uelle uiuere qui uult beate uiuere, ac non ita quaeratur ubi sit beatitudo sicut quaeritur quae sit. Nam utique si in corporis uoluptate est, ille beatus est qui fruitur corporis uoluptate; si in uirtute animi, ille qui hac fruitur; si in utraque, ille qui fruitur utraque. Cum itaque alius dicit: 'Beate uiuere est uoluptate corporis frui,' alius autem: 'Beate uiuere est uirtute animi frui,' nonne aut ambo nesciunt quae sit beata uita aut non ambo sciunt? Quomodo ergo ambo amant eam si nemo potest amare quod nescit? An forte falsum est quod pro uerissimo certissimoque posuimus, *beate uiuere omnes homines uelle*? Si enim beate uiuere est uerbi gratia secundum animi uirtutem uiuere, quomodo beate uiuere uult qui hoc non uult? Nonne uerius dixerimus: 'Homo iste non uult beate uiuere quia non uult secundum uirtutem uiuere, quod solum est beate uiuere'? Non igitur *omnes beate uiuere uolunt*, immo pauci hoc uolunt si non est beate uiuere nisi secundum uirtutem animi uiuere, quod multi nolunt.

Itane falsum erit unde nec ipse, cum academicis omnia dubia sint, academicus Cicero dubitauit qui cum uellet in Hortensio dialogo ab aliqua re certa de qua nullus ambigeret

10 cf. VIII, iv, 6/7; VIII sqq.; IX, III, 1/2; X, 1, 2/3; XIII, v, 31/32; xx, 59/60. 16/19 cf. Cic., fin. bon. mal., passim. 17/18 Epicurus. 18 Zeno. 19/21 cf. Cic., fin. bon. mal., passim. 20/21 Zeno. 24/25 Sen., uit. beat., I, 1; Aug., ciu. dei X, 1 (CC 47, 271, 1/2). 25/26.28/29 cf. Cic., fin. bon. mal., passim. 29/30 Sen., uit. beat., I, 1. 30/31 cf. Cic., fin. bon. mal., passim.

Codd.: ABC NOS FJKPT (ILMRV).

7 °alibi pr. et alt.] ibi R °cos om. V<sup>a</sup> 8 °eam M 9 amat S<sup>a</sup> 11 Cur] praem. III ABC beatitudine C<sup>a</sup> 12/13 quae sit ipsa T 12 ipsam C 13 sit pr.] scit B °deinde I<sup>a</sup> 15 qui — uiuere om. N<sup>a</sup> ita] i s. l. N<sup>1</sup> 16 qua (a superscr.) J<sup>2</sup> 17 corporis pr.] i ex e per ras. K uoluntate J est pr.] praem. sit F 18 °animi] add. locus ille R 20 °uoluptates C<sup>a</sup>, uoluntate M 21 °uirtutes I<sup>a</sup> °perfrui R aut] om. CT, autem J ambo] add. sciunt aut ambo S<sup>2</sup> 22 aut om. S amant ambo F eam amant P 24 uerissimos certissimosque J 27 uirius C 28 °uirtutem] add. animi O<sup>3</sup> I<sup>2</sup>, om. V<sup>a</sup> 28 29 quia — uiuere pr. om. C 31 animi uirtutem T 32 °cum om. L<sup>a</sup> 32/33 omnia — academicus om. T<sup>a</sup> 33 °academicus] add. ille μ 34 hortensii C

35 sumere suae disputationis exordium, *Beati certe*, inquit, *omnes esse uolumus* ? Absit ut hoc falsum esse dicamus. Quid igitur ? An dicendum est etiamsi nihil sit aliud beate uiuere quam secundum uirtutem animi uiuere, tamen et qui hoc non uult beate uult uiuere ? Nimis quidem hoc uidetur absurdum. Tale  
40 est enim ac si dicamus : 'Et qui non uult beate uiuere beate uult uiuere.' Istam repugnantiam quis audiat, quis ferat ? Et tamen ad hanc contrudit necessitas si et *omnes beate uelle uiuere* uerum est, et non omnes sic uolunt uiuere quomodo solum uiuunt beate.

v. [V 8] An forte illud est quod nos ab his angustiis possit eruere, ut quoniam diximus ibi quosque posuisse beatam uitam quod eos maxime delectauit (ut uoluptas Epicurum, uirtus Zenonem, sic alium aliquid aliud), nihil dicamus esse beate  
5 uiuere nisi uiuere secundum delectationem suam, et ideo falsum non esse quod *omnes beate uiuere* uelint quia omnes ita uolunt ut quemque delectat ? Nam et hoc populo si pronuntiatum esset in theatro, omnes id in suis uoluntatibus inuenirent. Sed hoc quoque Cicero cum sibi ex aduerso proposuisset,  
10 ita redarguit ut qui hoc sentiunt erubescant. Ait enim : *Ecce autem non philosophi quidem sed prompti tamen ad disputandum omnes aiunt esse beatos qui uiuant ut ipsi uelint* (hoc est quod nos diximus, ut quosque delectat). Sed mox ille subiecit :

35/36 Cic., hort., exord., fragm. 36 (ed. Müller, p. 316; cf. Cic., tusc. V, x, 28; Aug., c. acad. I, 11, 5; beat. uit., 11, 10; lib. arb. II, 9, 27 sqq.; mor. eccl. cath. I, 111, 4; conf. X, xx, 29; xxxi, 31; ciu. dei X, 1; retr. I, [xiii] xiv; c. iul. op. imp. VI, 26; epist. 104, iv, 12) 37/38 cf. Cic., fin. bon. mal., passim. 42/43 Sen., uit. beat., 1, 1; cf. Cic., fin. bon. mal., passim.

v. 3/4 cf. Cic., fin. bon. mal., passim. 3 Epic., epist. ad menoec. (apud Diog. Laërt., uir. ill. X). 3/4 Zeno. 6 Sen., uit. heat., 1, 1; cf. Cic., hort., exord., fragm. 36 (ed. Müller, p. 316). 7/9 cf. XIII, 111, 6/28.47/49.52/54. 10/12 Cic., hort., fragm. 39 (ed. Müller, p. 317; cf. Aug., beat. uit., 11, 10 [Strom. patr. et med. II, 81, 7/11]; mor. eccl. cath. I, 111, 4; epist. 130, v, 10).

Codd. : 5/6 (fal)sum — VII, 41 offensi(ones) def. A ; B C N O S F J K  
P T (I L M R V).

35 °omnes om. M<sup>a</sup> 36 °ut om. R<sup>a</sup> Quid] add. est T igitur] add. beate uiuere T 37 sit om. T 38 animi] i. mg. J<sup>1</sup> qui et F qui] s. l. T<sup>1</sup> 39 uiuere uult T<sup>a</sup> quidem] idem P 41 °audiet L 42 °uelle] uult S V, uolunt S<sup>2</sup>, uellent M<sup>2</sup> 44 °beate uiuunt μ °beate] add. uerum est A<sup>2</sup> L.

v. om. A B C 1 An] add. certe S his] illis T 2 °ut om. I 2/3 uitam] bis, alt. del. O 3 °quo M °uoluntas M 4 zenonem C sic] si S, siue S<sup>2</sup> alium] aliud C<sup>a</sup> nihilque N<sup>2</sup> 5 °uiuere pr.] uere L dilectionem T 6 esse] est T quia] quoniam J ita] ista (s. eras.) C 7 et] s. l. O<sup>1</sup> hoc] s. l. P<sup>1</sup> 10 Ait] at S<sup>a</sup> 12 uiuunt J 13 quemque T

*Falsum id quidem. Velle enim quod non deceat id est ipsum*  
 15 *miserrimum, nec tam miserum est non adipisci quod uelis quam*  
*adipisci uelle quod non oporteat. Praeclarissime omnino atque*  
*uerissime. Quis namque ita sit mente caecus et ab omni luce*  
*decoris alienus ac tenebris dedecoris inuolutus ut eum qui*  
 20 *nullo saltem reprehendere audente, insuper et laudantibus*  
*plurimis quoniam sicut ait scriptura diuina : Laudatur peccator*  
*in desideriis animae suae, et qui iniqua gerit benedicetur, implet*  
*omnes suas facinorosissimas et flagitiosissimas uoluntates,*  
 25 *ideo beatum dicat quia uiuit ut uult cum profecto, quamuis*  
*et sic miser esset, minus tamen esset si nihil eorum quae per-*  
*peram uoluisset habere potuisset ? Etiam mala enim uolun-*  
 30 *tate uel sola quisque miser efficitur, sed miserior potestate qua*  
*desiderium malae uoluntatis impletur. Quapropter quoniam*  
*uerum est quod omnes homines esse beati uelint idque unum*  
 35 *ardentissimo amore appetant et propter hoc cetera quaecum-*  
*que appetunt, nec quisquam potest amare quod omnino quid*  
*uel quale sit nescit, nec potest nescire quid sit quod uelle se*  
*scit, sequitur ut omnes beatam uitam sciant. Omnes autem*  
*beati habent quod uolunt, quamuis non omnes qui habent*  
 35 *quod uolunt continuo sint beati ; continuo autem miseri qui*

PL 1020

14/16.24 Cic., hort., fragm. 39 (ed. Müller, p. 317; cf. Aug., beat. uit., II, 10 [Strom. patr. et med. II, 81, 7/11]; mor. eccl. cath. I, III, 4; epist. 130, v, 10; supra XIII, v, 12). 21/22 Ps. 10,\*3 (hebr.). 29 Epic., epist. ad menoec. (apud Diog. Laërt., uir. ill. X); Cic., hort., exord., fragm. 36 (ed. Müller, p. 316; cf. Cic., tusc. V, x, 28; Aug., c. acad. I, II, 5; beat. uit., II, 10; mor. eccl. cath. I, III, 4; conf. X, xx, 29; XXI, 31; ciu. dei X, 1; retr. I [XIII] XIV; c. iul. op. imp. VI, 26; epist. 104, IV, 12). 31/32 cf. VIII, IV, 6/7; VIII sqq.; IX, III, 1/2; X, I, 2/3; XIII, IV, 10; xx, 59/60. 33/38 Cic., hort., fragm. 39 (ed. Müller, p. 317; cf. Aug., beat. uit., II, 10; mor. eccl. cath. I, III, 4; epist. 130, v, 10; supra XIII, v, 10/12. 14/16).

Codd. : BC; def. A NOS FJKPT (I; 29 homines — xx, 20 quarto def. L; MRV).

Test. : 33 Omnes — 35 qui *Prosp.*, sent. LXII (PL 51, 436).

14 est om. S F P T μ ipsum] *praem.* id A, add. est S P 15 miserrimum] *add.*  
 est F μ tam] *add.* ita C<sup>2</sup> miserum] miserrimum T<sup>a</sup> adipisci] *add.* uelle  
 S<sup>a</sup> 17 mente sit caecus C 18 decoris] ueritatis T ac] a F °tncbrs R<sup>a</sup>  
 20 nullo] *praem.* et B<sup>2</sup> NOS P saltim S, (i i. r.) K<sup>2</sup> 21 sicut quoniam  
 F sicut] sic J °laudator R<sup>a</sup> 22 egerit P benedicetur B<sup>a</sup>, (i *alt.*  
*superscr.*) N<sup>2</sup>, F J P μ 23 uoluptates S K F J P 24 °dicit C J, dici R 25  
 sic] si NO J P °esset *pr.*] est N S, est et M 26 °habere] agere S<sup>2</sup>, haberi R<sup>2</sup>  
 etiam potuisset N<sup>2</sup> Etiam] *eras.* N, om. F enim] s. l. P<sup>1</sup> 27 miser  
 quisque F 28 impleatur K 29 homines om. S beati esse F K °uno M  
 30 °petant R<sup>a</sup> 30/31 quaeque T 31 °appetant R<sup>a</sup> 32 quale] qua P<sup>a</sup>  
 quod] quo O<sup>a</sup> 32/33 nec — scit om. S 33 °autem om. *Prosp.* 35 °autem]  
*add.* sunt *Prosp.* c l

uel non habent quod uolunt uel id habent quod non recte uolunt. Beatus igitur non est nisi qui et habet omnia quae uult et nihil uult male.

VI. [VI 9] Cum ergo ex his duobus beata uita constet atque omnibus nota, omnibus cara sit, quid putamus esse causae cur horum duorum quando utrumque non possunt, magis eligant homines ut omnia quae uolunt habeant quam ut omnia  
5 bene uelint etiamsi non habeant? An ipsa est prauitas generis humani ut cum eos non lateat nec illum beatum esse qui quod uult non habet nec illum qui quod male uult habet, sed illum qui et habet quaecumque uult bona et nulla uult male, ex his duobus quibus beata uita perficitur quando utrumque non da-  
10 tur, id eligatur potius unde magis a beata uita receditur (longius quippe ab illa est quicumque adipiscitur male concupita quam qui non adipiscitur concupita), cum potius eligi debuerit uoluntas bona atque praeponi etiam non adeptus quae appetit? Propinquat enim beato qui bene uult quaecumque uult, et  
15 quae adeptus cum fuerit beatus erit. Et utique non mala sed bona beatum faciunt quando faciunt. Quorum bonorum habet aliquid iam idque non parui aestimandum, eam ipsam scilicet uoluntatem bonam, qui de bonis quorum capax est humana natura, non de ullius mali perpetratione uel adeptione gaudere  
20 desiderat, et bona qualia et in hac misera uita esse possunt prudenti, temperanti, forti, et iusta mente sectatur et quantum datur assequitur ut etiam in malis sit bonus, et finitis malis omnibus atque impletis bonis omnibus sit beatus.

μ 933

VI. 4/5 Cic., hort., fragm. 39 (ed. Müller, p. 317; cf. Aug., beat. uit., 11, 10; mor. eccl. cath. I, 111, 4; epist. 130, v, 10; supra XIII, v, 10/12.14/16). 19/20 Stoic., fragm. 60 (ed. v. Arnim, "Stoic. uet. fragm.").

Codd.: BC; def. A NOS FJKPT (IMRV; def. L).

Test.: 36 uel pr. — 37 uolunt *Prosp., sent. LXII (PL 51, 436)*. 37 Beatus — 38 male [*Isid., orig. X, 22*].

37 et om. P habent (n exp.) C.

VI. om. BC 1 [atque] quae I 3 [duorum] or i. r. O<sup>2</sup>, duū (ū i. r.) N<sup>2</sup>, duum R °non possunt om. V<sup>a</sup> 4 elegant C K omnia alt.] add. quae J 5 °habeat R<sup>a</sup> prauitas] breuitas S<sup>a</sup> 8 °male] e i. r. O<sup>2</sup>; mala (a alt. i. r.) N<sup>2</sup>, R V μ 10 °id eligatur] deligatur I, eligatur I<sup>2</sup> °receditur] praem. non J, recedatur R 10/11 °longus I 12 quam — concupita om. S<sup>a</sup> elegi C<sup>a</sup> 14 beato] beatæ uitæ T 15 °aptus V<sup>a</sup> 16 quando faciunt om. S faciunt alt.] add. quicquid faciunt T 16/17 aliquid habet T 17 idque] id quae (a exp.) C, (a eras.) K; is qui S aestimat S 18 qui] que S<sup>a</sup> 19 illius B<sup>a</sup> 20 et alt. om. T uita misera J °esse om. R<sup>a</sup> 21 °sectantur R 22/23 assequitur — beatus] i. r. N<sup>2</sup> 23 omnibus malis N<sup>2</sup> omnibus bonis N<sup>2</sup>.

VII.

[VII 10] Ac per hoc in ista mortali uita erroribus aerumnisque plenissima praecipue fides est necessaria qua *in deum* creditur. Non enim quaecumque bona maximeque illa quibus quisque fit bonus et illa quibus fiet beatus, unde nisi a deo  
 5 in hominem ueniant et homini accedant inueniri potest. Cum autem ex hac uita ab eo qui in his miseriis fidelis et bonus est uentum fuerit ad beatam, tunc erit uere quod nunc esse nullo modo potest ut sic homo uiuat quomodo uult. Non enim uolet male uiuere in illa felicitate aut uolet aliquid quod deerit  
 10 aut deerit quod uoluerit. Quidquid amabitur aderit, nec desiderabitur quod non aderit. Omne quod ibi erit bonum erit, et summus deus *summum bonum* erit atque ad fruendum amanti- PL 1021  
 bus praesto erit, et quod est omnino beatissimum ita semper fore certum erit.

15 Nunc uero fecerunt quidem sibi philosophi sicut eorum cuique placuit uitas beatas suas ut quasi propria uirtute possent quod communi mortalium conditione non poterant, sic scilicet uiuere ut uellent. Sentiebant enim aliter beatum esse neminem posse nisi habendo quod uellet et nihil pati-  
 20 quod nollet. Quis autem non qualemcumque uitam qua delectatur et ideo beatam uocat uellet sic esse in sua potestate ut eam posset habere perpetuam? Et tamen quis ita est? Quis uult pati molestias quas fortiter toleret, quamuis eas uelit possitque tolerare si patitur? Quis uelit in tormentis  
 25 uiuere etiam qui potest in eis per patientiam tenendo iustitiam laudabiliter uiuere? Transitura cogitauerunt haec mala qui ea pertulerunt uel cupiendo habere uel timendo amittere quod amabant, siue nequiter siue laudabiliter. Nam multi per transitoria mala ad permansura bona fortiter tetenderunt.

VII. 2 Symb. Rom.-Mediol. II, 1; III, 1; Symb. Afric., 1. 8 Cic., hort., fragm. 39 (ed. Müller, p. 317; cf. Aug., beat. uit., II, 10; mor. eccl. cath. I, III, 4; epist. 130, v, 10; supra XIII, v, 12). 12 Aug., c. acad. III, XII, 27 (Strom. patr. et med. II, 61, 15/16); cf. Aug., serm. dom. in monte I, 3, 10; retr. I, 1, 9; Cic., fin. bon. mal. III, 1, 2. 18 Cic., hort., fragm. 39 (ed. Müller, p. 317; cf. Aug., beat. uit., II, 10; mor. eccl. cath. I, III, 4; epist. 130, v, 10; supra XIII, v, 12).

Codd. : BC; def. A NOS FJKPT (IMRV; def. L).

VII. om. BC 5 accidant S, accidere P inuenire K<sup>a</sup> 7<sup>o</sup> ab M quo C<sup>a</sup>  
 10<sup>o</sup> aut] ut R<sup>a</sup> 10<sup>o</sup> ambitur I<sup>a</sup> M 11<sup>o</sup> aderit] erit P<sup>a</sup>, auderit (u. *eras.*) M 12  
 summus deus om. T crit] deus T<sup>2</sup> atque] *praem.* ipse erit T atque —  
 fruendum] et se T 13 praesto] *add.* ibi T 19 nil C 21 uocat] uoca/t 1 *litt.*  
*eras.* K uellet] uel S<sup>a</sup> 22 possit J 23<sup>o</sup> Quis] s. *eras.* V, qui P T uelit T  
<sup>o</sup>molestias om. R <sup>o</sup>quamuis] *add.* molestias R 24 si patitur om. B<sup>a</sup> C 25  
 quis K <sup>o</sup>possint I 26 transitoria C, transitoriam (m. *exp.*) T 26/27 qui  
 ea] quae T 27 pertulerint S<sup>a</sup> <sup>o</sup>amittere (m. *pr. eras.*) V 29<sup>o</sup> bona per-  
 mansura μ

30 Qui profecto spe beati sunt etiam cum sunt in transitoriis malis per quae ad bona non transitura perueniunt.

Sed qui spe beatus est nondum beatus est. Exspectat namque per patientiam beatitudinem quam nondum tenet. Qui uero sine ulla spe tali, sine ulla tali mercede cruciatur  
 35 quantamlibet adhibeat tolerantiam, non est beatus ueraciter sed miser fortiter. Neque enim propterea miser non est quia miserior esset si et impatienter miseriam sustineret. Porro si ista non patitur quae nollet pati in suo corpore, ne tunc quidem beatus habendus est quoniam non uiuit ut uult. Vt  
 40 enim alia omittam quae corpore inlaeso ad animi pertinent offensiones sine quibus uiuere uellemus et sunt innumerabilia, uellet utique si posset ita saluum atque incolume habere corpus et nullas ex eo pati molestias, ut id haberet in potestate aut in ipsius incorruptione corporis ; quod quia non habet ac  
 45 pendet incerto, profecto non uiuit ut uult. Quamuis enim per fortitudinem sit paratus excipere et aequo ferre animo quidquid aduersitatis acciderit, mauult tamen ut non accidat et si possit facit ; atque ita paratus est in utrumque ut quantum in ipso est alterum optet, alterum uitet, et si quod uitat  
 50 incurrerit, ideo uolens ferat quia fieri non potuit quod uolebat. Ne opprimatur ergo sustinet, sed premi nollet. Quomodo ergo uiuit ut uult ? An quia uolens fortis est ad ferenda quae nollet inlata ? Ideo igitur id uult quod potest quoniam quod uult non potest. Haec est tota, utrum ridenda an potius miseranda,  
 55 superborum beatitudo mortalium gloriantium se uiuere ut uolunt quia uolentes patienter ferunt quae accidere sibi nolunt. Hoc est enim aiunt quod sapienter dixit Terentius :

μ 934

---

39.45.52.55/56 Cic., hort., fragm. 39 (ed. Müller, p. 317 ; cf. Aug., beat. uit., II, 10 ; mor. eccl. cath. I, III, 4 ; epist. 130, v, 10 ; supra XIII, v, 12). 50 Terent., andr. II, I, 5. 53/54 Terent., andr. II, I, 6.5.

---

Codd. : usque ad 41 offensi(ones) def. A ; B C NOS FJKPT (IM R V ; def. L).

---

30 sunt alt.] sint F 31 transitura] transitor/a I litt. eras. B<sup>a</sup>, transitoria C S F K P, transitoria (corr. I m.) T 33 <sup>o</sup>beatudinem R 37 et] etiam C N μ 38 ne] nec (ec i. r.) N<sup>2</sup>, T μ tunc] tum C K 39 quidem] idem J 40 <sup>o</sup>corpore] praem. in I M <sup>o</sup>ad om. M<sup>a</sup> pertinet S<sup>a</sup> 41 uelimus A <sup>o</sup>sint (corr. I m.) M innumerabilia C<sup>a</sup> 42 <sup>o</sup>incolume P I<sup>a</sup> ; incolumem M, (m alt. eras.) V 45 incerto] praem. in A S<sup>2</sup> K T μ 47 accidat] accidant S 48 possit] s pr. s. l. T<sup>1</sup> 49 <sup>o</sup>uitet] uidet R<sup>a</sup> si] s. l. T<sup>1</sup> uitat] uita J 50 incurrit K 51 opprimatur F premi] promi C, opprimi C<sup>2</sup> nolet C<sup>a</sup> 52 <sup>o</sup>fortis est uolens V perferenda T nolet C<sup>a</sup> 54 tota om. C tridenda (t eras.) A 56 patienter uolentes I'

*Quoniam non potest id fieri quod uis,  
Id uelis quod possis.*

60 Commode hoc dictum esse quis negat? Sed consilium est PL 1022  
datum misero ne esset miserior. Beato autem quales se esse  
omnes uolunt non recte nec uere dicitur, *non potest fieri quod  
uis*. Si enim beatus est, quidquid uult fieri potest quia non  
uult quod fieri non potest. Sed non est mortalitatis huius haec  
65 uita, nec erit nisi quando et immortalitas erit. Quae si nullo  
modo dari homini posset, frustra etiam beatitudo quaeretur  
quia sine immortalitate non potest esse.

VIII. [VIII 11] Cum ergo *beati esse omnes homines uolunt* si  
uerum uolunt, profecto esse et immortales uolunt; aliter enim  
beati esse non possunt. Denique et de immortalitate interro-  
gati sicut de beatitudine omnes eam se uelle respondent. Sed  
5 qualiscumque beatitudo quae potius uocetur quam sit in hac  
uita quaeritur, immo uero fingitur, dum immortalitas despera-  
tur sine qua uera beatitudo esse non potest. Ille quippe beate  
uiuuit, quod iam superius diximus et astruendo satis fiximus,  
qui uiuit ut uult nec male aliquid uult. Nemo autem male uult  
10 immortalitatem si eius humana capax est deo donante natura;  
cuius si capax non est, nec beatitudinis capax est. Ut enim  
homo beate uiuat oportet ut uiuat. Quem porro morientem  
uita ipsa deserit beata uita cum illo manere qui potest? Cum

58/59 Terent., andr. II, 1, 5-6; cf. Aug., beat. uit., iv, 25 (Strom. patr. et med. II, 89, 22); ciu. dei XIV, xxv (CC 48, 488, 16/17). 62/63 Terent., andr. II, 1, 6.

VIII. 1 Epic., epist. ad menoec. (apud Diog. Laërt., uir. ill. X); Cic., hort., exord., fragm. 36 (ed. Müller, p. 316; cf. Cic., tusc. V, x, 28; Aug., c. acad. I, II, 5; beat. uit., II, 10; lib. arb. II, 9, 27 sqq.; mor. eccl. cath. I, III, 4; conf. X, xx, 29; XXI, 31; ciu. dei X, 1; retr. I, [XIII] XIV; c. iul. op. imp. VI, 26; epist. 104, IV, 12). 7/9 Cic., hort., fragm. 39 (ed. Müller, p. 317; cf. Aug., beat. uit., II, 10; mor. eccl. cath. I, III, 4; epist. 130, v, 10; supra XIII, v, 10/12.14/16).

Codd. : ABC NOS FJKPT (IMRV; def. L).

59 uellis C<sup>a</sup> 60 °commodo M<sup>2</sup> °dictum] add. esset I 60/61 datum est S  
62 non pr.] nec T dicitur] add. uni T 64 quod] add. uult eras. T haec  
huius C 66 modo om. J homini dari CPT 67 °quia] quae ST, qua V<sup>a</sup>.

VIII. om. ABC 1 °uelint μ 2 uere C<sup>2</sup>S<sup>2</sup>μ °uolunt pr.] uolent R<sup>a</sup>  
°et esse μ et om. P<sup>a</sup> 3 possent A<sup>a</sup>BCFμ 3/4 interrogatis S<sup>a</sup> 4 °sicut]  
add. et V<sup>2</sup>μ sese K 5 qualescumque C<sup>a</sup> 8 adstruendos T fecimus O<sup>3</sup>  
FPT 9 Nemo] praem. IIII ABC 10 immortalitatis S °humana] om.  
J, magna V<sup>a</sup> 11 °non capax μ 12 Quem] cum N<sup>2</sup> 13 manere/ I litt.  
eras. N °qui] unde qui (qui eras.) O, N; undecumque N<sup>2</sup>; quomodo I

- autem deserit, aut nolentem procul dubio deserit aut uolentem aut neutrum. Si nolentem, quomodo est beata uita quae ita est in uoluntate ut non sit in potestate? Cumque beatus nemo sit aliquid uolendo nec habendo, quanto minus beatus est qui non honore, non possessione, non qualibet alia re, sed ipsa beata uita nolens deseritur quando ei nulla uita erit?
- 20 Vnde etsi nullus sensus relinquatur quo sit misera (propterea enim beata uita discedit quoniam tota uita discedit), miser est tamen quamdiu sentit quia scit se nolente consumi propter quod cetera et quod prae ceteris diligit. Non igitur potest uita et beata esse et nolentem deserere quia beatus nemo nolens fit, ac per hoc quanto magis nolentem deserendo miserum facit quae si nolenti praesto esset miserum faceret? Si autem uolentem deserit, etiam sic quomodo beata erat quam perire uoluit qui habebat? Restat ut dicant neutrum esse in animo beati, id est eum deserit a beata uita, cum per mortem deserit
- 30 tota uita, nec nolle nec uelle, ad utrumque enim parato et aequo corde consistere. Sed nec ista beata est uita quae talis est ut quem beatum facit amore eius indigna sit. Quomodo enim est beata uita quam non amat beatus? Aut quomodo amatur quod utrum uigeat an pereat indifferenter accipitur?
- 35 Nisi forte uirtutes quas propter solam beatitudinem sic amamus persuadere nobis audent ut ipsam beatitudinem non amemus. Quod si faciunt, etiam ipsas utique amare desistimus quando illam propter quam solam istas amauius non amamus. PL 1023
- 40 Deinde quomodo erit uera illa tam perspecta, tam examinata, tam eliquata, tam certa sententia, *beatos esse omnes homines uelle*, si ipsi qui iam beati sunt beati esse nec nolunt

41/42 Epic., epist. ad menoec. (apud Diog. Laërt., uir. ill. X); Cic. hort., exord., fragm. 36 (ed. Müller, p. 316; cf. Cic., tusc. V, x, 28; Aug., c. acad. I, II, 5; beat. uit., II, 10; lib. arb. II, 9, 27 sqq.; mor. eccl. cath. I, III, 4; conf. X, XX, 29; XXI, 3; ciu. dei X, 1; rctr. I, [XIII] XIV; c. iul. op. imp. VI, 26; epist. 104, IV, 12).

Codd. : ABC NOS FJKPT (IMR V; def. L).

14 °deserit pr. om. V<sup>a</sup> °deserit procul dubio V μ aut alt. om. J<sup>a</sup> 14/15 uolentem] add. descriit V 15 °beata uita est μ 17 °nec habendo om. M<sup>a</sup> 17/18 °est beatus μ 18 °quolibet V 19 °ipsa] praem. ab I beata om. N °ei] et R uita nulla A C K J P T 20 relinquetur K 21 quoniam — discedit alt. om. J quoniam] quia A C discedit alt.] descedit T<sup>a</sup> 22 nolentem A 23 °diliget om. R 24 nolens nemo A K T μ 26 quae] quanta A<sup>2</sup> 27 °beata] add. uita B<sup>2</sup> μ 29 °eum om. R<sup>a</sup> 30 enim] eras. B O, om. N 31 est beata T 33 est enim A C F K T est] si S, sit S<sup>2</sup> 34 quo S 36 audeant S<sup>2</sup> 38 istas] istam N O P<sup>a</sup> 40 °tam illa μ 41 certam (m eras.) S sententiam C<sup>a</sup>, (m eras.) S °esse] sc V<sup>a</sup> 42 quae (?) N<sup>2</sup> 42/43 uolunt nec nolunt O T 42 nolunt] n pr. superscr. N<sup>2</sup>

nec uolunt ? Aut si uolunt ut ueritas clamat, ut natura compellit cui summe bonus et immutabiliter beatus creator hoc  
 45 indidit, si uolunt, inquam, beati esse qui beati sunt, beati non esse utique nolunt. Si autem beati non esse nolunt, procul dubio nolunt consumi et perire quod beati sunt. Nec nisi uiuentes beati esse possunt ; nolunt igitur perire quod uiuunt. Immortales ergo esse uolunt quicumque uere beati uel sunt  
 50 uel esse cupiunt. Non autem uiuit beate cui non adest quod uult ; nullo modo igitur esse poterit uita ueraciter beata nisi fuerit sempiterna. [12] Hanc utrum capiat humana natura quam tamen desiderabilem confitetur non parua quaestio est. Sed si fides adsit quae inest *eis* quibus *dedit potestatem* Iesus  
 55 *filios dei fieri*, nulla quaestio est.

IX. [IX] Humanis quippe argumentationibus haec inuenire conantes uix pauci magno praediti ingenio *abundantes otio* doctrinisque subtilissimis eruditi ad indagandam solius animae immortalitatem peruenire potuerunt. Cui tamen animae  
 5 beatam uitam non inuenerunt stabilem, id est ueram. Ad miserias eam quippe uitae huius etiam post beatitudinem redire dixerunt. Et qui eorum de hac erubuerunt sententia et animam purgatam in sempiterna beatitudine sine corpore conlocandam putarunt talia de mundi retrorsus aeternitate  
 10 sentiunt ut hanc de anima sententiam suam ipsi redarguant, quod hic longum est demonstrare sed in libro duodecimo de ciuitate dei satis a nobis est quantum arbitror explicatum. Fides autem ista totum hominem immortalem futurum, qui utique *constat ex anima et corpore*, et ob hoc uere beatus  
 15 non argumentatione humana sed diuina auctoritate pro-

μ 936.

54/55 Ioh. I, \*12.

IX. 2/3 Cic., de orat. I, 1, 22. 4 10 Plato, phaedr., 249a ; phaid., 81c ; tim., 42c ; Plot., enn. III, 4, 2 ; IV, 3, 2 ; Porph., regr. anim. (uide J. J. O'Meara, "Porphyry's Philosophy from Oracles in Augustine", Études Augustiniennes, Paris, 1959, p. 151-152). 11/12 Aug., ciu. dei XII, 20 (CC 48, 376). 14 Cic., fin. bon. mal. V, XII, 34 : ... *e corpore animoque constare* ; Sall., iug., II, 1 : ... *compositum est ex corpore et anima* ; Lact., inst. VII, 5, 16 : ... *constat corpore atque anima* ; cf. Cic., fin. bon. mal. IV, VII, 16 ; infra XV, v, 23 ; VII, 6/7.

Codd. : ABC NOS FJKPT (IMR V' : def. L).

43 nec — si om. N<sup>a</sup> 44 bonum S 44/45 °indidit hoc I<sup>a</sup> μ 45 46 °non esse om. I<sup>a</sup> 46 utique esse F 50 esse] add. possunt del. T adest] ad s. l. K<sup>1</sup>, est O, id est S 51 uita esse poterit J 52 utrumque T natura] s. l. B<sup>1</sup> 53 °cst om. M<sup>a</sup> 54 si om. R<sup>a</sup> °Iesus] his I.

IX. om. ABC 4 °immortalitatem] praem. ad I 6 beatitudinis T<sup>2</sup> 8 sempiternam beatitudinem A 9 °locandam I putauerunt A<sup>2</sup> S rursus C<sup>2</sup>, retrorsum P<sup>2</sup> 10 sentiunt C<sup>a</sup> 12 a om. C 13 Fides] praem. v ABC 14 qui/ 1 litt. eras. I ex] ita BNO μ, om. cett. codd. °uere] uerbo M

mittit. Et ideo cum dictum esset in euangelio quod Iesus dederit *potestatem filios dei fieri his qui receperunt eum*, et quid sit recepisse eum breuiter fuisset expositum dicendo *credentibus in nomine eius*, quoque modo filii dei fierent esset  
 20 adiunctum, *quia non ex sanguinibus neque ex uoluntate carnis neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt*, ne ista hominum quam uidemus et gestamus infirmitas tantam excellentiam desperaret ilico annexum est, *Et uerbum caro factum est et habitauit in nobis*, ut a contrario suaderetur quod incredibile  
 25 uidebatur. Si enim natura *dei filius* propter filios hominum misericordia factus est *hominis filius* (hoc est enim, *uerbum caro factum est et habitauit in hominibus*), quanto est credibilius natura filios hominis gratia dei *fieri dei filios* et habitare in deo in quo solo et de quo solo esse possint beati participes  
 30 immortalitatis eius effecti, propter quod persuadendum *dei filius* particeps nostrae mortalitatis effectus est ?

PL 1024

x. [X 13] Eos itaque qui dicunt : 'Itane defuit deo modus alius quo liberaret homines a miseria mortalitatis huius ut unigenitum filium deum sibi coaeternum hominem fieri uellet induendo humanam animam et carnem mortalemque factum  
 5 mortem perpeti ?,' parum est sic refellere ut istum modum quo nos per *mediatorem dei et hominum hominem Christum Iesum* deus liberare dignatur asseramus bonum et diuinae congruum dignitati ; uerum etiam ut ostendamus non alium modum possibilem deo defuisse cuius potestati cuncta aequali-  
 10 ter subiacent, sed sanandae nostrae miseriae conuenientior

17 Ioh. 1, \*12. 19 Ioh. 1, \*12. 20/21 Ioh. 1, \*13. 23/24 Ioh. 1, 14. 25.30/31 II Cor. 1, 19 ; uide Symb. 'Quicumque,' 28. 26 Dan. 7, \*13 ; Matth. 9, \*6 ; 10, \*23 ; 16, \*27.\*28 ; 19, \*28 ; 25, \*31 ; Marc. 2, \*10 ; 8, \*38 ; 9, \*8 ; Luc. 5, \*24 ; 6, \*5 ; 9, \*26 ; Ioh. 3, \*13-14 ; 5, \*27 ; 12, \*23.\*34 ; 13, \*31 ; c.a. 26/27 Ioh. 1, 14. 28 Ioh. 1, \*12.

x. 6/7 I Tim. 2, 5.

Codd. : ABC NOS FJKPT (IMRV ; def. L).

17 ois μ °cum receperunt μ °et orz. I 18 breuiter] *praem.* cum J 19  
 °quoquo /1<sup>a</sup>, quomodo I 20 °quia] *ita* C N O, (a *eras.*) S, F J M, qui *cett.* codd. μ  
 uoluptate T 21 uoluptate (p *i. r.*) O<sup>s</sup>, T 24 habitabit K 25 filius]  
 filios C<sup>a</sup> hominis A J 26 °miseria M<sup>a</sup> 27 °habitabit M °homini-  
 bus] nobis (no *i. r.*) B<sup>2</sup>, N O P ; *praem.* nobis I μ 28 hominum F dei *pr.*  
*eras.* B, om. N O S J K filios dei fieri S μ 29 et — solo *alt. om.* S possunt  
 B N J K P participes C<sup>a</sup> 30 °suadendum P M R 31 °nostrae *om.* V<sup>a</sup>.

x. *om.* ABC 1 °deco *om.* M 8 dignitata J °non] *add.* quidem R 9  
 modo C<sup>a</sup> defuisse] fuisse P T<sup>a</sup> 9/10 acquabiliter J<sup>2</sup> 10 subiacet S<sup>a</sup>  
 sanandae] sane//// 4 *litt. eras.* S conuenientior P<sup>a</sup>

modum alium non fuisse nec esse oportuisse. Quid enim tam  
 necessarium fuit ad erigendam spem nostram mentesque  
 mortalium conditione ipsius mortalitatis abiectas ab immor-  
 talitatis desperatione liberandas quam ut demonstraretur  
 15 nobis quanti nos penderet deus quantumque diligeret? Quid  
 uero huius rei tanto isto indicio manifestius atque praeclarius  
 quam ut *dei filius* immutabiliter bonus in se manens quod erat  
 et a nobis pro nobis accipiens quod non erat praeter suae na-  
 turae detrimentum nostrae dignatus inire consortium prius  
 20 sine ullo malo suo merito mala nostra perferret, ac sic iam  
 credentibus quantum nos diligat deus et quod desperabamus  
 iam sperantibus dona in nos sua sine ullis bonis meritis  
 nostris, immo praecedentibus et malis meritis nostris, indebita  
 largitate conferret?

25 [14] Quia et ea quae dicuntur merita nostra dona sunt eius.  
 Vt enim *fides per dilectionem operetur, caritas dei diffusa est  
 in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.*  
 Tunc est autem datus quando est Iesus resurrectione clarifica-  
 tus; tunc enim eum se missurum esse promisit et misit quia  
 30 tunc sicut de illo scriptum est et ante praedictum: *Ascendit  
 in altum, captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus.* Haec  
 dona sunt merita nostra quibus ad *summum bonum* immorta-  
 lis beatitudinis peruenimus. *Commendat autem, inquit aposto-  
 lus, caritatem suam deus in nobis quoniam cum adhuc peccatores*  
 35 *essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multo magis iustificati* μ 937  
*nunc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum.* Adhuc  
 addit et dicit: *Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus  
 deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salui erimus  
 in uita ipsius.*

40 Quos *peccatores* dixit prius, hos posterius *inimicos dei*; PL 1025

17 II Cor. I, 19; uide Symb. 'Quicumque,' 28. 17/18 *manens quod erat et ...  
 accipiens quod non erat*: libell. fid. (Clauis 552), 6 (CC 9, 130, 50/54). 26 Gal. 5,  
 \*6. 26/27 Rom. 5, 5. 28 Rom. 5, 5. 28/29 Ioh. 7, 39. 29 Ioh. 14,  
 26; 15, 26; 16, 7. 30/31 Ps. 67, \*19; Eph. 4, \*8. 32 Aug., c. acad. III, XII,  
 27 (Strom. patr. et med. II, 61, 15/16); cf. Aug., serm. dom. in monte I, 3, 10;  
 retr. I, 1, 9; Cic., fin. bon. mal. III, 1, 2; e.a. 33/36 Rom. 5, \*8-9. 37/39 Rom.  
 5, 10. 40 Rom. 5, 8. Rom. 5, 10.

Codd.: ABC NOS FJKPT (IMRV; def. L).

11 alium modum T 13 °conditiones I<sup>a</sup> abiecta N 14 demonstratur T<sup>a</sup>  
 15 quantumcumque C<sup>a</sup> 19 nostrum A<sup>2</sup> S T °dignatus] add. est I M<sup>2</sup> 20  
 suo malo T perferet C<sup>a</sup> 22 dona] bona S K in] ad K sua] del. S<sup>2</sup>  
 23 immo — nostris alt. om. T 25 et] t i. r. O<sup>2</sup> 26 operatur B<sup>2</sup> T, operantur  
 NP 27 nobis om. S 28 autem est T 30 °sicut om. V<sup>a</sup> 31 in] ad P  
 32 sunt] praem. non C<sup>2</sup> 32/33 immortalitatis J 34 quoniam] add. si P<sup>2</sup>  
 °cum om. M<sup>a</sup> 35/36 nunc iustificati J 37 addidit O J P dixit P  
 reconciliati] a s. l. K<sup>1</sup> 38 fli O<sup>a</sup> multo] i. mg. K<sup>1</sup>

et quos prius *iustificatos in sanguine* Iesu Christi, eos posterius *reconciliatos per mortem filii dei*; et quos prius *saluos ab ira per ipsum*, eos postea *saluos in uita ipsius*. Non ergo ante istam gratiam quoquo modo *peccatores*, sed in talibus peccatis  
 45 fuimus ut *inimici essemus* dei. Superius autem idem apostolus nos *peccatores* et *inimicos* dei duobus identidem nominibus appellauit, uno uelut mitissimo, alio plane atrocissimo dicens : *Si enim Christus cum infirmi essemus adhuc iuxta tempus pro impiis mortuus est*. Quos *infirmos* eosdem *impios* nuncupauit.  
 50 Leue aliquid uidetur infirmitas, sed aliquando talis est ut impietas nominetur. Nisi tamen infirmitas esset, medicum necessarium non haberet, qui est hebraice Iesus, graece σωτήρ, nostra autem locutione saluator. Quod uerbum latina lingua antea non habebat, sed habere poterat sicut potuit quando  
 55 uoluit. Haec autem apostoli sententia praecedens ubi ait : *Adhuc cum infirmi essemus iuxta tempus pro impiis mortuus est*, cohaeret his duabus sequentibus quarum in una dixit *peccatores*, in alia *inimicos* dei, tamquam illis singulis reddiderit singula, *peccatores* ad *infirmos*, *inimicos* dei referens ad  
 60 *impios*.

XI. [XI 15] Sed quid est *iustificati in sanguine ipsius* ? Quae uis est huius sanguinis obsecro ut in eo iustificentur credentes ? Et quid est *reconciliati per mortem filii eius* ? Itane uero cum irasceret nobis deus pater uidit mortem filii sui pro  
 5 nobis et placatus est nobis ? Numquid ergo filius eius usque adeo nobis iam placatus erat ut pro nobis etiam dignaretur mori, pater uero usque adeo adhuc irascebatur ut nisi filius

41 Rom. 5, 9. 42 Rom. 5, 10. 42/43 Rom. 5, 9. 43 Rom. 4, 10. 44 Rom. 5, 8. 45 Rom. 5, 10. 46 Rom. 5, 8. Rom. 5, 10. 48/49 Rom. 5, \*6. 49 Rom. 5, 6. Rom. 5, 6. 56/57 Rom. 5, \*6. 58 Rom. 5, 8. Rom. 5, 10. 59 Rom. 5, 8. Rom. 5, 6. Rom. 5, 10. 60 Rom. 5, 6.

XI. 1 Rom. 5, 9 3 Rom. 5, 10.

Codd. : ABC NOS FJKPT (IMRV; def. L).

Test. : 52 hebraice — 55 uoluit [Isid., orig. VII, II, 7-9].

41 posterius C<sup>a</sup> 42 dei] eius J 43 istam] ipsam S 44 quoquo] i. r. N<sup>2</sup>  
 45 °dei] deo I, om. M<sup>a</sup> 48 °adhuc om. M<sup>a</sup> 49 eodem J pios R<sup>a</sup> 50  
 uideatur J 51 °esset] add. et M 52 quae K, quid (d exp.) T soter ANO  
 J T, soter A<sup>2</sup> O<sup>3</sup> F K P, soter B C 53 locutionem C<sup>a</sup> 55 sententiam C<sup>a</sup>  
 ubi] qui A 57 °est om. M<sup>a</sup> 58 tamquam] ita A<sup>2</sup> O S P μ, add. in A<sup>a</sup> cett. codd.

xi. om. ABC 2 °sanguinis huius μ °iustificetur V<sup>a</sup> 4 °cum om. R<sup>a</sup>  
 irascetur S<sup>a</sup> pater deus F 5 eius om. S 6 iam om. T 7 °filius  
 om. V<sup>a</sup>

pro nobis moreretur non placaretur? Et quid est quod alio loco idem ipse doctor gentium: *Quid ergo, inquit, dicemus ad*  
 10 *haec? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio proprio non*  
*pepercit sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non et*  
*cum illo omnia nobis donauit? Numquid nisi iam placatus esset*  
 pater proprio filio non parcens pro nobis eum traderet? Nonne  
 uidetur haec illi uelut aduersa esse sententia? In illa moritur  
 15 pro nobis filius, et reconciliatur nobis pater per eius mortem;  
 in hac autem tanquam *prior nos dilexerit* pater, ipse propter  
 nos filio non parcit, ipse pro nobis eum tradit ad mortem. Sed  
 uideo quod et antea pater dilexit nos non solum antequam  
 pro nobis filius moreretur, sed antequam conderet mundum  
 20 ipso teste apostolo qui dicit: *Sicut elegit nos in ipso ante*  
*constitutionem mundi*. Nec filius patre sibi non parcente pro  
 nobis uelut inuitus est traditus quia et de ipso dictum est:  
*Qui me dilexit et tradidit se ipsum pro me*. Omnia ergo simul et  
 pater et filius et amborum spiritus pariter et concorditer ope-  
 25 rantur. Tamen *iustificati sumus in Christi sanguine et recon-*  
*ciliati sumus deo per mortem filii eius*, et quomodo id factum  
 sit ut potero etiam hic quantum satis uidebitur explicabo.

XII. [XII 16] Quadam iustitia dei in potestatem diaboli tra- PL 1026  
 ditum est genus humanum peccato primi hominis in omnes μ 938  
 utriusque sexus commixtione nascentes originaliter trans-  
 eunte et parentum primorum debito uniuersos posteros  
 5 obligante. Haec traditio prius in genesi significata est ubi cum  
 serpenti dictum esset: *Terram manducabis*, homini dictum

9/12 Rom. 8, \*31-32. 14/15 Rom. 5, 6-10. 16/17 Rom. 8, 32. 16 I Ioh.  
 4, 10. 19 I Petr. 1, 20. 20/21 Eph. 1, \*4. 23 Gal. 2, \*20. 25 Rom.  
 5, 9. 25/26 Rom. 5, 10.

XII. 6 Gen. 3, \*14.

Codd.: ABC NOS FJKPT (IMRV; def. L).

9 <sup>o</sup>inquit ergo μ dicimus A<sup>a</sup> C<sup>a</sup> K T 10 Qui] si deus R <sup>o</sup>proprio filio  
 suo μ filio] *add.* suo B<sup>2</sup> N O S J 11 omnibus *om.* T eum] illum K μ  
 et] etiam F μ 12 donabit A<sup>a</sup> B<sup>a</sup> O<sup>a</sup>, (b *superscr.*) J<sup>2</sup>, T Numquid] non  
 quid S<sup>a</sup> nisi] *s. l.* C<sup>1</sup> <sup>o</sup>fulisset V<sup>a</sup> 14 auersa T sententiae T 14/15  
 pro nobis moritur N 15 et] *om.* C, ut S<sup>2</sup> reconcilietur S <sup>o</sup>mortem eius μ  
 17 filio] *add.* suo F parcat K<sup>a</sup>, parcens T <sup>o</sup>tradit eum M tradidit J T  
 18 et] *s. l.* K<sup>1</sup> dilexerit J 19 filius pro nobis J 20 <sup>o</sup>ipse V<sup>a</sup> testante  
 T qui *om.* B<sup>a</sup> 21 mundi constitutionem T μ 22 ipsum C<sup>a</sup> 23 semet-  
 ipsum P T μ 27 etiam] et tamen id S hic] id B<sup>2</sup> N O P.

XII. *om.* ABC 1 potestate N 3 <sup>o</sup>commixtionem (m *tert. eras.*) V 3/4  
<sup>o</sup>transeuntes I<sup>a</sup> 5 tradio C<sup>a</sup> 6 dictum *pr.*] *add.* et *exp.* C esset] est S 6/7  
 est dictum (?) A

est : *Terra es et in terram ibis*. Eo quod dictum est *in terram ibis*, mors corporis praenuntiata est quia nec ipsam fuerat experturus si permansisset ut factus est rectus ; quod uero uiuenti ait, 10 *Terra es*, ostendit totum hominem in deterius commutatum. Tale est enim, *Terra es*, quale illud, *Non permanebit spiritus meus in hominibus istis quoniam caro sunt*. Tunc ergo demonstrauit ei traditum cui dictum fuerat : *Terram manducabis*. Apostolus autem apertius hoc praedicat ubi dicit : *Et uos cum* 15 *essetis mortui delictis et peccatis uestris in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris, spiritus eius qui nunc operatur in filiis diffidentiae in quibus et nos omnes aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostrae facientes uoluntates carnis et af-* 20 *fectionum, et eramus natura filii irae sicut et ceteri*.

Filii diffidentiae sunt infideles, et quis hoc non est antequam fidelis fiat ? Quocirca omnes homines ab origine sub principe sunt potestatis aeris *qui operatur in filiis diffidentiae*. Et quod dixi, 'ab origine,' hoc est quod dicit apostolus, 25 *natura*, et se fuisse sicut et ceteros, *natura* scilicet ut est deprauata peccato non ut recta creata est ab initio. Modus autem iste quo traditus est homo in diaboli potestatem non ita debet intellegi tamquam hoc deus fecerit aut fieri iusserit, sed quod tantum permiserit, iuste tamen. Illo enim deserente 30 peccantem peccati auctor ilico inuasit. Nec ita sane deus deseruit creaturam suam ut non se illi exhiberet deum creatorem et uiuificantem et inter poenalia mala etiam bona malis multa praestantem ; non enim *continuit in ira sua miserationes suas*. Nec hominem a lege suae potestatis amisit quando in

---

7 Gen. 3, *19.	Gen. 3, *19.	10 Gen. 3, *19.	11 Gen. 3, *19.	11/12
Gen. 6, *3.	13 Gen. 3, *14.	14/20 Eph. 2, *1-3.	21 Eph. 2, 2.	22/23
Eph. 2, *2.	25 Eph. 2, 3.	33/34 Ps. 76, *10.		

---

Codd. : ABC NOS FJKPT (IMRV ; def. L).

---

7 es] s. l. C<sup>1</sup> terram pr.] terra K ibis pr.] ubi C, ibis ubi C<sup>2</sup> Eo — ibis alt. om. T<sup>a</sup> °quo V<sup>a</sup> 8 quia] quam S<sup>2</sup> 8/9 experturus] ur s. l. T<sup>1</sup> 9 permansisset (s pr. exp.) F 11 °quale] add. est B<sup>2</sup> F J R, add. et M<sup>2</sup> °istud μ 12/13 °demonstrauit] add. cum μ 13 ei] e K, eum K<sup>2</sup> traditum] dictum A<sup>a</sup>, add. ei K<sup>2</sup> 15 delectis S<sup>a</sup> 17 °potestates R, potestatem R<sup>2</sup> aeris] aeris huius i. r. N<sup>2</sup>, add. huius A F P spiritus eius om. A °eius] om. T M, huius μ °filios I<sup>a</sup> 18 omnes om. S 19 desiderii] deriis S<sup>a</sup> uoluntatis C<sup>a</sup>, uoluptates N O, uoluntatem S T 20 °et alt. om. I M 23 operatur] opera/tur I litt. eras. N °filios M 24 °dixi/ I litt. eras. C, dixit M 25 °et se] esse C, se sic K, filios irae T, et sic M<sup>2</sup> et alt. om. N<sup>a</sup> O S K μ 26 est om. A<sup>a</sup> 27 °potestate I 28 deus hoc T 31 se om. K 32 °et alt. om. V<sup>a</sup> poena T<sup>a</sup> 33 sua om. N O S

35 diaboli potestate esse permisit quia nec ipse diabolus a potestate omnipotentis alienus est sicut neque a bonitate. Nam et maligni angeli unde qualicumque subsisterent uita nisi per eum *qui uiuificat omnia* ? Si ergo commissio peccatorum per iram dei iustam hominem subdidit diabolo, profecto remissio  
40 peccatorum per reconciliationem dei benignam eruit hominem a diabolo.

XIII. [XIII 17] Non autem diabolus potentia dei sed iustitia superandus fuit. Nam quid omnipotente potentius, aut cuius creaturae potestas potestati creatoris comparari potest ? Sed cum diabolus uitio peruersitatis suae factus sit amator potentiae et desertor oppugnatorque iustitiae (sic enim et homines  
5 eum tanto magis imitantur quanto magis neglecta uel etiam perosa iustitia potentiae student eiusque uel adeptione laetantur uel inflammantur cupiditate), placuit deo ut propter PL 1027  
eruendum hominem de diaboli potestate non potentia diabolus sed iustitia uinceretur, atque ita et homines imitantes  
10 Christum iustitia quaererent diabolum uincere non potentia. Non quod potentia quasi mali aliquid fugienda sit, sed ordo seruandus est quo prior est iustitia. Nam quanta potentia potest esse mortalium ? Teneant ergo mortales iustitiam ;  
15 potentia immortalibus dabitur. Cui comparata quantalibet eorum hominum qui potentes uocantur in terra ridicula infirmitas inuenitur, et ibi *foeditur peccatori fouea* ubi uidentur mali plurimum posse. Cantat autem iustus et dicit : *Beatus homo quem tu erudieris, domine, et ex lege tua docueris eum ut*  
20 *mitiges eum a diebus malignis donec foediatur peccatori fouea. Quoniam non repellat dominus plebem suam et haereditatem*

38 I Tim. 6, 13.

XIII. 17 Ps. 93, 13. 18/23 Ps. 93, \*12-15.

Codd. : ABC NOS FJKPT (IMRV; def. L).

35 diaboli potestate] *ita* NOSJP $\mu$ , potestate diaboli *cett. codd.* 37 unde] *add.*  
et F substiterent T<sup>a</sup> 38 °qui *om.* R<sup>a</sup> uiuicat S<sup>a</sup> 39 °subdidit C<sup>a</sup>,  
subdidit I 40 dei] *s. l. J<sup>1</sup>.*

XIII. *om.* ABC 2 °potentius] omnipotentius M 4 diabolos C<sup>a</sup> 5  
iustitiae S<sup>a</sup> 7 °perosa] *perosa 1 litt. eras. V* 7 °potentiae *om.* M<sup>a</sup> 11  
non potentiae uincere A uincire C<sup>a</sup> 12 quod] *qua A, quia A<sup>2</sup>, quo B*  
quasi] *tamquam P* 13/14 potest potentia S 15 immortalitatibus] *tati exp.*  
*del.* A quantalibet] *quantumlibet A<sup>2</sup>, add. potestas F, add. potentia K<sup>2</sup>* 16  
hominum] *om. A<sup>a</sup> B<sup>a</sup> C,* hominem *(corr. 1 m.) K* in terra] *inter K* radicola  
C<sup>a</sup> 16/17 inuenitur infirmitas F 19 ex] *de A J $\mu$  °ut] et V* 20 eum]  
*ita JKT, ei cett. codd.  $\mu$*  malignis] *malis PT* fodeatur C 21 repellit C,  
pellet S<sup>a</sup>

suam non derelinquet quoadusque iustitia conuertatur in iudicium, et qui habent eam omnes recto sunt corde. Hoc igitur tempore quo differtur potentia populi dei non repellat dominus  
 25 plebem suam et haereditatem suam non derelinquet quantalibet acerba et indigna ipsa humilis atque infirma patiatur quoadusque iustitia quam nunc habet infirmitas piorum conuertatur in iudicium, hoc est iudicandi accipiat potestatem, quod iustis in finem seruatur cum praecedentem iustitiam ordine suo fuerit  
 30 potentia subsecuta. Potentia quippe adiuncta iustitiae uel iustitia accedente potentiae iudiciariam potestatem facit. Pertinet autem iustitia ad uoluntatem bonam, unde dictum est ab angelis nato Christo : *Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bonae uoluntatis*. Potentia uero sequi debet  
 35 iustitiam non praeire, ideo et in rebus secundis ponitur, id est prosperis ; 'secundae' autem a 'sequendo' sunt dictae. Cum enim beatum faciant sicut superius disputauimus duae res, bene uelle et posse quod uelis, non debet esse illa peruersitas quae in eadem disputatione notata est ut ex duabus rebus  
 40 quae faciunt beatum posse quod uelit homo eligat et uelle quod oportet negligat cum prius debeat habere uoluntatem bonam, magnam uero postea potestatem. Bona porro uoluntas purganda est a uitiiis a quibus si uincitur homo, ad hoc uincitur ut male uelit, et bona iam uoluntas eius quomodo erit ?  
 45 Optandum est itaque ut potestas nunc detur sed contra uitia propter quae uincenda potentes esse nolunt homines et uolunt propter uincendos homines. Utquid hoc nisi ut uere uicti falso uincant, nec sint ueritate sed opinione uictores ? Velit homo prudens esse, uelit fortis, uelit temperans, uelit iustus, atque  
 50 ut haec ueraciter possit potentiam plane optet, atque appetat ut potens sit in se ipso et miro modo aduersum se ipsum pro

24/25 Ps. 93, 14.    26/28 Ps. 93, 15.    33/34 Luc. 2, \*14.    37/42 cf. XIII, IV - VI.

Codd. : ABC    NOS    FJKPT    (IMRV ; def. L).

23 omnes] *add.* qui K    recti T    igitur] ergo μ    24 tempore] tpr̄ P  
 differetur (e *alt. exp.*) K    potentia] *add.* dñ eras. N    25/26 quantalibet —  
 indigna *om.* T<sup>a</sup>    26 acerua M R    infirma] in s. l. K<sup>1</sup>    patitur A<sup>a</sup>    28  
 quo A<sup>a</sup>    29 finem] *ita* B N O S M, *fine cett. codd.* μ    praecedente iustitia  
 N O S P T    30 uelut I    31 accedente] ac s. l. K<sup>1</sup>, accedens O<sup>3</sup> μ    poten-  
 tia] *bis, alt. exp.* C, potentia S J    32 iustitia C<sup>a</sup>    35 prae irae C<sup>a</sup>    et ideo J  
 38 illa esse C    40 beatum] *add.* ne N<sup>2</sup>    elegat C<sup>a</sup>    41 habere] adhibere P  
 42 potestatem postea F<sup>a</sup>    Bona] bonam (m *eras.*) C    43 pugnanda A<sup>a</sup>    a  
*pr. om.* C    45 Optandum] *praem.* VI ABC    46 nolunt esse ASJP μ    46/  
 47 et — homines *om.* K    49 fortes C<sup>a</sup>    50 appetat] petat M<sup>a</sup>    51 aduersus  
 S μ

se ipso. Cetera uero quae bene uult et tamen non potest sicuti est immortalitas et uera ac plena felicitas desiderare non cesset et patienter exspectet.

XIV. [XIV 18] Quae est igitur iustitia qua uictus est diabolus ? PL 1028

Quae nisi iustitia Iesu Christi ? Et quomodo uictus est ? Quia cum in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tamen. Et utique iustum est ut debitores quos tenebat liberi dimittantur in eum credentes quem sine ullo debito occidit. Hoc est quod iustificari dicimur *in Christi sanguine*. Sic quippe *in remissionem peccatorum* nostrorum innocens ille sanguis effusus est. Vnde se dicit in psalmis *in mortuis liberum* ; solus enim a debito mortis liber est mortuus. Hinc et in alio  
10 psalmo dicit : *Quae non rapui tunc exsoluebam*, rapinam uolens intellegi peccatum quia usurpatum est contra licitum. Vnde per os etiam carnis suae sicut in euangelio legitur dicit : *Ecce uenit princeps huius mundi et in me nihil inuenit*, id est  
15 *patriis mei facio, surgite, eamus hinc*. Et pergit inde ad passionem ut pro debitoribus nobis quod ipse non debebat exsolueret.

Numquid isto iure aequissimo diabolus uinceretur si potentia Christus cum illo agere non iustitia uoluisset ? Sed  
20 postposuit quod potuit ut prius ageret quod oportuit ; ideo autem illum esse opus erat et hominem et deum. Nisi enim homo esset, non posset occidi ; nisi et deus esset, non crederetur noluisse quod potuit sed non potuisse quod uoluit, nec  
25 ab eo potentiae praelatam fuisse iustitiam sed ei defuisse potentiam putaremus. Nunc uero humana pro nobis passus est quia homo erat ; sed si noluisset, etiam hoc non pati

XIV. 6 Rom. 5, \*9. 6/8 Matth. 26, 28 ; Col. 1, \*14. 8 Ps. 87, \*6.  
10 Ps. 68, 5. 13 Ioh. 14, \*30. 14/15 Ioh. 14, \*31. 21/27 uide Symb.  
'Quicumque,' 28-35.

Codd. : ABC NOS FJKPT (IMRV ; def. L).

52 sicuti] *ita* ABCNO, sicut *cett. codd.* μ 53 et] eius T.

XIV. *om.* ABC 1 est] sit T qua uictus] quam eius S<sup>a</sup> 2 Iesu *om.* J  
3 dignum morte ABC morti T 3/4 °occidit — utique *om.* V<sup>a</sup> 7 re-  
missionem FK °sanguis ille μ illi C 9 a *om.* C mortis debito T  
°in *om.* M<sup>a</sup> 10 °rapinam] *add.* uero M 12 °os] hos IM 13 huius  
mundi] *ita* P, mundi huius *cett. codd.* μ °inueniet ABCSFFJK<sup>2</sup>I, inuenet V  
15 Et *om.* K<sup>a</sup> 22 °nisi] *add.* enim I °et *om.* μ 23 noluisse] *se. s. l.* T<sup>1</sup> 24  
°iustitiam potentiae praelatam fuisse μ iustitiam — defuisse *om.* S 25 po-  
tentiam] *praem.* humanam S<sup>2</sup> passus] factus S 26 hoc *om.* T pati non F

potuisset quia et deus erat. Ideo gratior facta est in humilitate iustitia quia posset si noluisset humilitatem non perpeti tanta in diuinitate potentia, ac sic a moriente tam potente nobis  
 30 mortalibus impotentibus et commendata est iustitia et promissa potentia. Horum enim duorum unum fecit moriendo, alterum resurgendo. Quid enim iustius quam *usque ad mortem crucis* pro iustitia peruenire? Et quid potentius quam resurgere a mortuis et in caelum cum ipsa carne in qua est occisus  
 35 ascendere? Et iustitia ergo prius et potentia postea diabolum uicit, iustitia scilicet quia *nullum peccatum habuit* et ab illo est iniustissime occisus, potentia uero quia *reuixit mortuus numquam postea moriturus*. Sed potentia diabolum uicisset etiamsi ab illo non potuisset occidi, quamuis maioris sit  
 40 potentiae etiam ipsam mortem uincere resurgendo quam uitare uiuendo. Sed aliud est propter quod iustificamur *in Christi sanguine* cum per remissionem peccatorum eruimur de diaboli potestate; hoc ad id pertinet quod a Christo iustitia diabolus uincitur non potentia. Ex infirmitate quippe quam susceperit  
 45 in carne mortali non ex immortalis potentia crucifixus est Christus, de qua tamen infirmitate ait apostolus: *Quod infirmum est dei fortius est hominibus*.

xv. [XV 19] Non est itaque difficile uidere diabolum uictum quando qui ab illo occisus est resurrexit. Illud est maius et ad intellegendum profundius, uidere diabolum uictum quando sibi uicisse uidebatur, id est quando Christus occisus est. Tunc  
 5 enim sanguis ille, quoniam eius erat *qui nullum habuit omnino peccatum, ad remissionem* nostrorum fusus est *peccatorum* PL 1029

32/33 Phil. 2, \*8. 33/35 Symb. Rom.-Mediol. III, 5-6. 36 II Cor. 5, \*21; I Petr. 2, \*22. 37/38 Rom. 6, \*9. 41/42 Rom. 5, \*9. 44/45 Matth. 8, 17; I Petr. 2, 24. 46/47 I Cor. 1, 25.

xv. 5/6 II Cor. 5, \*21; I Petr. 2, \*22. 6 Matth. 26, \*28; Col. 1, \*14.

Codd. : ABC NOS FJKPT (IMRV; def. L).

28 possit K si] *praem.* et C<sup>a</sup> humilitate K 29 diuinitate] ni s. l. S<sup>1</sup>  
 potentia] iustitia T <sup>o</sup>ac] hac M moriente tam] morientatem C<sup>a</sup> 30  
 mortalibus] *add.* et J et *pr. om.* S 31 <sup>o</sup>duorum] du//ū 2 *litt. eras.* B, *om.* I<sup>a</sup>  
<sup>o</sup>facit M 34 est] s. l. T<sup>1</sup> 35 Et *pr. om.* F K P T 37 <sup>o</sup>iniustissime est μ  
 quia] i *eras.* B, qua O<sup>a</sup> resurrexit P mortuus] mortuos C<sup>a</sup>, a mortuis F  
 38 numquam] non quam J <sup>o</sup>Sed] *add.* se M<sup>2</sup> <sup>o</sup>potentiam I<sup>a</sup> deuiccet T  
 39 <sup>o</sup>maior I 40 <sup>o</sup>potentia I <sup>o</sup>urgendo M<sup>a</sup> 42 eruamur T<sup>a</sup> <sup>o</sup>de] a μ  
 44 uincetur K <sup>o</sup>quippe *om.* V<sup>a</sup> 45 potentiam C<sup>a</sup> 47 est *alt. om.* C.

xv. *om.* ABC 1 defecile C<sup>a</sup> uinctum (n *exp.*) A 2 <sup>o</sup>quando *om.* V<sup>a</sup>  
 5/6 peccatum omnino habuit P 6 effusus A, (ef *eras.*) B, C F

ut quia eos diabolus merito tenebat quos peccati reos conditione mortis obstrinxit, hos per eum merito dimitteret quem nullius peccati reum immerito poena mortis affecit. Hac  
 10 iustitia uictus et hoc uinculo uinctus est fortis ut uasa eius eriperentur quae apud eum cum ipso et angelis eius fuerant *uasa irae* et in *uasa misericordiae* uerterentur.

Haec quippe uerba ipsius domini Iesu Christi de caelo ad se facta cum primum uocatus est, narrat apostolus Paulus. Nam  
 15 inter cetera quae audiuit etiam hoc sibi dictum sic loquitur : *Ad hoc enim tibi apparui ut constituam te ministrum et testem eorum quae a me uides, quibus etiam praeeo tibi liberans te de populo et de gentibus in quas ego mitto te aperire oculos caecorum ut auertantur a tenebris et potestate satanae ad deum ut accipiant*  
 20 *remissionem peccatorum et sortem quae in sanctis et fidem quae in me est.* Vnde et exhortans idem apostolus credentes ad gratiarum actionem deo patri : *Qui eruit nos, inquit, de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii caritatis suae, in quo habemus redemptionem in remissionem peccatorum.* In  
 25 hac redemptione tamquam pretium pro nobis datus est sanguis Christi, quo accepto diabolus non ditatus est sed ligatus, ut nos ab eius nexibus solueremur, nec quemquam secum eorum quos Christus ab omni debito liber indebite fuso suo sanguine redemisset peccatorum retibus inuolutum traheret ad secundae ac sempiternae mortis exitium, sed hactenus morerentur  
 30 ad Christi gratiam pertinentes, *praecogniti* et praedestinati et electi *ante constitutionem mundi* quatenus pro illis ipse mortuus est Christus carnis tantum morte non spiritus.

μ 941

10/11 Matth. 12, 29; Marc. 3, 27. 12 Rom. 9, 22-23. 13/14 Act. 26, 13-14. 16/21 Act. 26, \*16-18. 22/24 Col. 1, \*13-14. 29/30 Apoc. 21, 8. 31/32 1 Petr. 1, \*20; Eph. 1, \*4; cf. Aug., spir. et litt., xxiv, 40 (PL 44, 225). 31 *praecogniti* : 1 Petr. 1, 20. *praedestinati* : Eph. 1, 5. 32 *electi* : Eph. 1, 4.

Codd. : ABC NOS FJKPT (IMRV; def. L).

7 ut om. C merito om. J<sup>a</sup> 7/8 conditioni P 8 °dimittere V<sup>a</sup> 9 nullis N merito S<sup>a</sup> effecit J<sup>a</sup> Hac] h s. l. K<sup>1</sup>, add. ius del. O 10 uinctus] /uinctus 1 litt. eras. S<sup>a</sup> 11 angeli T<sup>a</sup> fuerunt P 13 domini] add. nostri T μ °a I 14 narrat] naturat C<sup>a</sup> °Nam om. M<sup>a</sup> 15 inter] n s. l. C<sup>1</sup> 17 quibus] quae (ae i. r.) N<sup>2</sup> praeco] praecipio (cipio i. r.) N<sup>2</sup>, S 18 populis T de om. J P °gentibus] add. etiam I te mitto S<sup>2</sup> te om. S 19 a] add. te C, add. te de C<sup>2</sup> et] add. a N S F T μ ut alt.] om. S, et S<sup>2</sup> 20 quae pr.] quam K 21 et om. P 22 eripuit P °inquit nos I<sup>a</sup> °inquit om. R<sup>a</sup> 23 tenenebrarum J caritatis] dilectionis A B C 24 in alt.] add. sanguine eius T remissione A K 25 hanc (n i. r.) O<sup>2</sup> °redemptionem (m alt. i. r.) O<sup>2</sup>, V 26 dilatatus P<sup>a</sup> ligatus] necatus C T 27 nec quemquam] nequaquam A<sup>a</sup> nec] c eras. N, ne B J secum] fetum A 28 quos] s. l. S<sup>1</sup> 29 obuolutum T ad] a S<sup>a</sup> 30 exitio S<sup>a</sup> morentur T<sup>a</sup> 31/32 et electi om. A<sup>a</sup> B<sup>a</sup> C 32 quatinus A B F.

XVI.

[XVI 20] Quamuis enim et ipsa mors carnis de peccato primi hominis originaliter uenerit, tamen bonus eius usus gloriosissimos martyres fecit. Et ideo non solum ipsa sed omnia saeculi huius mala, dolores laboresque hominum, quamquam  
 5 de peccatorum et maxime de peccati originalis meritis ueniant unde facta est et ipsa uita uinculo mortis obstricta, tamen et remissis peccatis remanere debuerunt cum quibus homo pro ueritate certaret et unde exerceretur uirtus fidelium ut nouus homo per testamentum nouum inter mala huius saeculi nouo  
 10 saeculo praepararetur, miseriam quam meruit uita ista damnata sapienter tolerans, et quia finietur prudenter gratulans, beatitudinem uero quam liberata uita futura sine fine habitura est fideliter et patienter exspectans. Diabolus enim a dominatu et a cordibus fidelium foras missus in quorum damnatione  
 15 atque infidelitate licet damnatus etiam ipse regnabat, tantum pro conditione mortalitatis huius aduersari sinitur quantum eis expedire nouit de quo sacrae litterae personant per os PL 1030 apostolicum : *Fidelis deus qui non permittat uos temptari supra id quod potestis, sed faciet cum temptatione etiam exitum ut*  
 20 *possitis sustinere.* Prosunt autem ista mala quae fideles pie perferunt uel ad emendanda peccata uel ad exercendam probandamque iustitiam uel ad demonstrandam uitae huius miseriam ut illa ubi erit beatitudo uera atque perpetua et desideretur ardentius et instantius inquiratur. Sed circa eos  
 25 ista seruantur de quibus apostolus dicit : *Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperatur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt. Quoniam quos ante praesciuit, et praedestinauit conformes imaginis filii eius ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinauit, illos et uocauit ;*

XVI. 1/2 Rom. 5, 12. 18/20 I Cor. 10, \*13. 25/31 Rom. 8, \*28-30.

Codd. : A B C N O S F J K P T (I M R V ; def. L).

XVI. om. A B C 1 enim] etiam A<sup>2</sup> 2 °hominis om. I<sup>a</sup> 2/3 gloriosissimus S<sup>a</sup> 3 °sed] add. et I<sup>2</sup> 4 labores doloresque T 5 meris T<sup>a</sup> 8 °et om. R 9 nouum om. S<sup>a</sup> 10 praepararetur A C N P<sup>a</sup> 12 °liberata] liberatus S, om. T, liberat I<sup>a</sup> °habiturus S<sup>2</sup> R<sup>a</sup> 13 enim] uero T 14 damnationem S 15 infidelitate] in s. l. K<sup>1</sup>, infidelitatem S 17 nouit] add. ille S<sup>2</sup> litterae] scripturae J 18 apostoli T permittit A B ; permittit (e alt. superscr.) O<sup>3</sup>, F T μ temptari uos J<sup>2</sup> uos om. J super C, sup N T 19 con A<sup>a</sup> etiam] add. prouentum K<sup>2</sup> 20 possetis A<sup>a</sup> C<sup>a</sup> N O<sup>a</sup> K Prosunt] praem. VII A B C male ista F 21 perferunt] per eras. B ad alt. om. J 23 erit] i ex a per ras. K, erat A<sup>a</sup> 25 Scimus] add. enim F 26 °cooperatur] ita I, cooperantur cett. codd. μ °iis μ 27 sunt] add. sancti B C J P T μ Quoniam] nam T 28 conformes] add. fieri A<sup>2</sup> N<sup>2</sup> S F J P T imagines C<sup>a</sup> eius] sui A<sup>2</sup> O S μ ipse] ita F J P μ, om. cett. codd. 29.30 °uocabit M

30 *et quos uocauit, ipsos et iustificauit; quos autem iustificauit, ipsos et glorificauit.* Horum praedestinatorum nemo cum diabolo perit; nemo usque ad mortem sub diaboli potestate remanebit. Deinde sequitur quod iam supra commemorauit: *Quid ergo dicemus ad haec? Si deus pro nobis, quis contra nos?*  
 35 *Qui filio proprio non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non et cum illo omnia nobis donauit?*

μ 942

[21] Cur ergo non fieret mors Christi? Immo cur non praetermissis aliis innumerabilibus modis quibus ad nos liberandos uti posset omnipotens ipsa potissimum eligeretur ut fieret  
 40 ubi nec de diuinitate eius aliquid imminutum est aut mutatum, et de humanitate suscepta tantum beneficii conlatum est hominibus ut a dei filio sempiterno eodemque hominis filio mors temporalis indebita redderetur qua eos a sempiterna morte debita liberaret? Peccata nostra diabolus tenebat et per illa  
 45 nos merito figebat in morte. Dimisit ea ille qui sua non habebat, et ab illo immerito est perductus ad mortem. Tanti ualuit sanguis ille ut neminem Christo indutum in aeterna morte debita detinere debuerit qui Christum morte indebita uel ad tempus occidit. *Commendat ergo caritatem suam deus in nobis*  
 50 *quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Iustificati, inquit, in sanguine ipsius, iustificati plane in eo quod a peccatis omnibus liberati, liberati autem a peccatis omnibus quoniam pro nobis est dei*  
 55 *filius qui nullum habebat occisus. Salui ergo erimus ab ira per ipsum, ab ira utique dei quae nihil est aliud quam iusta uin-*

33 *supra*: XIII, XI, 9/12. 34/36 Rom. 8, \*31-32. 40 Mal. 3, 6; libell. fid. (Clauis 552), 6 (CC 9, 130, 52/53). 41 uide Symb. 'Quicumque,' 33. 49/52 Rom. 5, \*8-9. 52/53 Rom. 5, 9. 54/55 Rom. 5, 9. 55 II Cor. 5, \*21; I Petr. 2, \*22. 55/56 Rom. 5, 9. 56/57 Apoc. 16, \*7; 19, \*2.

Codd.: ABC NOS FJKPT (IMRV; def. L).

Test.: 52 Iustificati — 56/57 uindicta Beda, f. 9v.

30 ipsos] illos T M μ, om. V<sup>a</sup> °iustificauit pr. et alt.] iustificabit M 31 illos T glorificabit T praedestinatorum S 32 peribit A<sup>2</sup> S<sup>2</sup> μ 33 sequitur] se s. l. T<sup>1</sup> memorauit S<sup>a</sup> 34 dicimus C<sup>a</sup> T 35 proprio filio J<sup>2</sup> filio] add. suo A<sup>2</sup> 36 °eum] illum μ et] etiam T °donauit] u i. r. N<sup>2</sup>, donabit C<sup>a</sup> O<sup>a</sup>, om. V<sup>a</sup> 38 °innumerabilibus] bi eras. I<sup>1</sup>, innumerabus T<sup>a</sup> 39 uti posset] ut ipsos sit (s pr. eras.) C possit A elegretur C<sup>a</sup> ut fieret om. B<sup>a</sup> 40 de om. K<sup>a</sup> °diuinitati I imminutum — mutatum] inmutatum est A<sup>a</sup> B<sup>a</sup> C 41 humanitate] te s. l. O<sup>1</sup>, add. eius O<sup>3</sup> 43 temporales C<sup>a</sup> °qua] praem. a M eos] nos P 45 figebat] adigebat T, pgebat i. mg. T<sup>2</sup> mortem F T 46 illo] eo T °ductus I tantum A<sup>2</sup> 47 aeternum S mortem C<sup>a</sup> 48 qui] praem. is K<sup>2</sup> 49 occiderit A<sup>a</sup>, (er eras.) B, C F °ergo] autem I deus caritatem suam P 50 quoniam] add. si O<sup>3</sup> P<sup>2</sup> 51 nunc in] in hunc C<sup>a</sup> 55 °ergo om. I 56 dei om. S Beda quae] qui Beda

*dicta. Non enim sicut hominis animi perturbatio est ira dei, sed illius ira est cui dicit alio loco sancta scriptura : Tu autem dominus uirtutum cum tranquillitate iudicas. Si ergo iusta*  
 60 *diuina uindicta tale nomen accepit, etiam reconciliatio dei quae recte intellegitur nisi cum talis ira finitur ? Nec inimici eramus deo nisi quemadmodum iustitiae sunt inimica peccata, quibus remissis tales inimicitiae finiuntur et reconciliantur* PL 1031  
 iusto quos ipse iustificat. Quos tamen etiam inimicos utique  
 65 *dilexit quandoquidem filio proprio non pepercit sed pro nobis omnibus, cum adhuc inimici essemus, tradidit eum. Recte ergo apostolus secutus adiunxit : Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius, per quam facta est illa remissio peccatorum, multo magis reconciliati salui erimus*  
 70 *in uita ipsius, in uita salui qui per mortem reconciliati. Quis enim dubitet daturum amicis uitam suam pro quibus inimicis dedit mortem suam ? Non solum autem, inquit, sed et gloriamur in deo per dominum nostrum Iesum Christum per quem nunc reconciliationem accepimus. Non solum, ait, salui erimus,*  
 75 *sed et gloriamur ; nec in nobis sed in deo ; nec per nos sed per dominum nostrum Iesum Christum per quem nunc reconciliationem accepimus* secundum ea quae superius disputata sunt. Deinde subiungit apostolus : *Propter hoc sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit et per peccatum*  
 80 *mors, et ita in omnes homines pertransiit in quo omnes peccauerunt, et cetera, in quibus prolixius de duobus hominibus disputat ; uno eodemque primo Adam per cuius peccatum et mortem tamquam haereditariis malis posterius eius obligati sumus ; altero autem secundo Adam qui non homo tantum*

58/59 Sap. 12, \*18. 59/60 Apoc. 16, \*7 ; 19, \*2. 60/61 Eccli. 44, 17 ; Rom. 5, 9-10. 61/64 Rom. 5, 10. 65/66 Rom. 8, \*32. 66 Rom. 5, 8.10 ; cf. XIII, x, 40. 67/70 Rom. 5, 10. 72/74 Rom. 5, 11. 74/77 Rom. 5, 11. 74 Rom. 5, 10. 78/81 Rom. 5, \*12. 81 sqq. I Cor. 15, 45 sqq.

Codd. : ABC NOS FJKPT (IMRV ; def. L).

Test. : 57 Non — 84 tantum Beda, f. 9<sup>v</sup>-10<sup>v</sup>.

57 enim] ergo T perturbatio] add. ita T 59 dominus] domine A, (e superscr.) O<sup>3</sup>, F J Beda A<sup>a</sup> μ ; deus B 60 accipit Beda A 61 intellegitur] praem. non C<sup>2</sup> tales C<sup>a</sup>, tale (?) Beda A 62 sunt iustitiae P 64 iusto] deo A<sup>2</sup>, iusti S<sup>2</sup> 65 proprio filio μ 66 cum — eum] tradidit eum cum adhuc inimici essemus P 67 adiungit T 68 quem N S J P 70 ipsius] add. ut J 71 dibitet S<sup>a</sup> amicis] add. suis K 72 mortem] uitam C inquit om. T 72/73 gloriamur] add. inquit T 74 °nunc om. Beda accipimus C 74/77 Non — ea om. M<sup>a</sup> 76 °quem om. R<sup>a</sup> °nunc om. Beda 77 accipimus C Beda 80 °et] est (s. erar.) C, om. M pertransiit] praem. mors A μ 80/81 °et — peccauerunt om. Beda 81 proliux Beda 82 disputant (n. exp.) C °uno om. Beda 83 hereditariis] heredet/ans I litt. eras. C, heredetantis C<sup>2</sup> posterius] praem. nos C<sup>2</sup>, praem. et T oblegati C 84 summus C alteri S<sup>a</sup>

85 sed etiam deus est quo pro nobis solvente quod non debebat  
 a debitis et paternis et propriis liberati sumus. Proinde  
 quoniam propter unum illum tenebat diabolus omnes per eius μ 943  
 uitiatam carnalem concupiscentiam generatos, iustum est ut  
 propter hunc unum dimittat omnes per ipsius immaculatam  
 90 gratiam spiritalem regeneratos.

XVII. [XVII 22] Sunt et alia multa quae in Christi incarnatione,  
 quae superbis displicet, salubriter intuenda atque cogitanda  
 sunt. Quorum est unum quod demonstratum est homini quem  
 locum haberet in rebus quas deus condidit quandoquidem sic  
 5 deo coniungi potuit humana natura ut ex duabus substantiis  
 fieret una persona ac per hoc iam ex tribus, deo, anima et car-  
 ne, ut superbi illi maligni spiritus qui se ad decipiendum quasi  
 ad adiuuandum medios interponunt non ideo se audeant ho-  
 mini praeponere quia non habent carnem maxime quia et mori  
 10 in eadem carne dignatus est ne ideo illi tamquam deos se coli  
 persuadeant quia uidentur esse immortales. Deinde ut gratia  
 dei nobis sine ullis praecedentibus meritis in homine Christo  
 commendaretur quia nec ipse ut tanta unitate uero deo con-  
 iunctus una cum illo persona filius dei fieret ullis est praece-  
 15 dentibus meritis assecutus, sed ex quo esse homo coepit, ex  
 illo est et deus, unde dictum est : *Verbum caro factum est*. Est  
 etiam illud ut superbia hominis quae maximo impedimento  
 est ne inhaereatur deo per tantam dei humilitatem redargui PL 1032

xvii. 12 1 Tim. 2, 5. 16 Ioh. 1, 14. 18 Phil. 2, 8.

Codd. : ABC NOS FJKPT (IMRV; def. L).

Test. : 85 sed — 90 regeneratos *Beda, f. 10<sup>v</sup>*.

xvii. 4 sic — 6/7 carne *Tolet. XV p. 460*.

85 sed] est *superscr.* C<sup>2</sup> 87 unum] *s. l. Beda A<sup>1</sup>* 88 carnem T concupis-  
 centialiter T 89 °demittat V<sup>a</sup> 90 °spiralem] spiritaliter T, *om. Beda*  
 generatos S.

xvii.] vii A B C, xvi S 1 °Sunt] *add. enim R Christi] add. gratiam*  
 spiritalem regenerata sunt et alia multa quae in Christi P incarnationem K 2  
 °intenda V<sup>a</sup> 3 °sunt *om. M<sup>a</sup>* quem] qui S<sup>a</sup> 4 °condidit deus μ 5  
 potuit coniungi T 6 °deus M 6/7 carne] *add. carne et anima C<sup>a</sup>* 8 °ad *om.*  
 I<sup>a</sup> 9 carnem non habent S °quia *pr.*] qui V<sup>a</sup> maxime] *ita B N O,*  
*praem. et B<sup>2</sup> O<sup>3</sup> cett. codd. μ* 10 °est] *add. dei filius A<sup>2</sup>, add. filius dei μ* Ne]  
 ne se *i. r.* N<sup>2</sup>, nec S<sup>2</sup> J ideo] *add. se C<sup>2</sup>* se coli] seii C, seculo S, se seculo  
 S<sup>2</sup> 12 precentibus S<sup>a</sup> 13 deo uero N S P<sup>2</sup> μ uero *om. P* 14 persona]  
*add. id est ipse homo assumptus mox ut homo et iam deus A<sup>a</sup> P* °nullis M<sup>1</sup>  
 14/15 precentibus S<sup>a</sup> 15 assecutus] *add. idem ipse homo assumptus mox ut homo*  
 etiam deus C T °homo esse μ 16 Est *quart. om. K* 16/17 °etiam illud  
 est μ 17 etiam] *add. et T* maximo] *o i. r. B<sup>1</sup> ?*, maxime C S K P T μ 18  
 redargui] regui N<sup>a</sup>

posset atque sanari. Discit quoque homo quam longe recesserit  
 20 a deo, quod illi ualeat ad medicinalem dolorem, quando per  
 talem mediatorem redit qui hominibus et deus diuinitate sub-  
 uenit et homo infirmitate conuenit. Quod autem maius obe-  
 dientiae nobis praeberetur exemplum qui per inobedientiam  
 perieramus quam deo patri deus filius *obediens usque ad*  
 25 *mortem crucis* ? Quid praemium ipsius obedientiae ubi osten-  
 deretur melius quam in carne tanti mediatoris quae ad uitam  
 resurrexit aeternam ? Pertinebat etiam ad iustitiam bonita-  
 temque creatoris ut per eandem rationalem creaturam supera-  
 retur diabolus quam se superasse gaudebat, et de ipso genere  
 30 uenientem quod genus origine uitata per unum tenebat uni-  
 uersum.

XVIII. [XVIII 23] Poterat enim utique deus hominem aliunde  
 suscipere in quo esset *mediator dei et hominum*, non de genere  
 illius Adam qui peccato suo genus obligauit humanum, sicut  
 ipsum quem primum creauit non de genere creauit alicuius.  
 5 Poterat ergo uel sic uel alio quo uellet modo creare unum  
 alium de quo uinceretur uictor prioris, sed melius iudicauit  
 et de ipso quod uictum fuerat genere assumere hominem deus  
 per quem generis humani uinceret inimicum, et tamen *ex uir-*  
*gine* cuius conceptum spiritus non caro, fides non libido prae-  
 10 uenit. Nec interfuit carnis concupiscentia per quam seminan-  
 tur et concipiuntur ceteri qui trahunt originale peccatum, sed  
 ea penitus remotissima credendo non concumbendo sancta est  
 fecundata uirginitas ut illud quod nascebatur ex propagine  
 primi hominis tantummodo generis non et criminis originem

21 1 Tim. 2, 5. 24/25 Phil. 2, \*8.

XVIII. 2 1 Tim. 2, 5. 3 Rom. 5, 12. 8/9 Symb. Rom.-Mediol. II, 33.  
 9/10 Luc. 1, 26-38.

Codd. : ABC NOS FJKPT (IMRV; def. L).

19 possit T Discit quoque] discatque A<sup>2</sup> Discit] didicit P recessit T<sup>a</sup>  
 20 a] ab eo S deo] del. S<sup>2</sup> quod] et quid A<sup>2</sup> μ, quid K ille A<sup>a</sup> 21  
 redit] uelit C °homines M<sup>2</sup> diuinitatem (m *eras.*) A 22 infirmitati  
 (i *quart ex e per ras.*) P 23 °per] in S, om. V<sup>a</sup> inobedientiae C<sup>a</sup>, inobedientia  
 S 24 pergeramus C<sup>a</sup> quam deo] quāndō (n *eras.*) A deus] dei F 25  
 °Quid] et i. r. N<sup>2</sup>, quod O I, qui M proemium C<sup>2</sup> ipsius] tantae A<sup>2</sup>, om. T  
 26 °tanti om. R 30 uenientem S<sup>a</sup> uiciata origine P tenebatur P 30/31  
 uniuersum] *add.* mundum S.

XVIII. om. A B C 1 utique] *exp.* A<sup>2</sup> 2 °de genere] degere I 5 quo  
 uellet] quolibet T 6 alium de] aliunde T 7 et] ut J T quo O<sup>a</sup> ad-  
 summere C<sup>a</sup>, assumeret J 9 °conceptus I 11 concipiuntur] *add.* et N P  
 13 fecunda I<sup>a</sup> 14 et non T et] etiam A B C μ

15 duceret. Nascebatur namque non transgressionis contagione  
 uitiosa natura sed omnium talium uitiorum sola medicina. μ 944  
 Nascebatur, inquam, homo nullum habens, nullum habiturus  
 omnino peccatum, per quem renascerentur liberandi a peccato  
 qui nasci non possent sine peccato. Quamuis enim carnali  
 20 concupiscentia quae inest genitalibus membris bene utatur  
 castitas coniugalis, habet tamen motus non uoluntarios quibus  
 ostendit uel nullam se in paradiso ante peccatum esse potuisse  
 uel non talem fuisse si fuit ut aliquando resisteret uoluntati.  
 Nunc autem illam talem esse sentimus ut repugnans legi  
 25 mentis etiam si nulla est causa generandi stimulos ingerat  
 coeundi, ubi si ei ceditur, peccando satietur; si non ceditur,  
 dissentiendo frenetur, quae duo aliena fuisse a paradiso ante  
 peccatum, dubitare quis possit? Nam neque illa honestas  
 faciebat aliquid indecorum neque illa felicitas patiebatur ali-  
 30 quid impacatum. Oportebat itaque ut ista carnalis concupis-  
 centia nulla ibi esset omnino quando concipiebatur uirginis  
 partus in quo nihil morte dignum fuerat inuenturus, et eum  
 tamen occisurus auctor mortis auctoris uitae morte uincendus.  
 Victor primi Adam et tenens genus humanum uictus a secundo PL 1033  
 35 Adam et amittens genus christianum liberatum ex humano  
 genere ab humano crimine per eum qui non erat in crimine,  
 quamuis esset ex genere, ut deceptor ille ab eo uinceretur  
 genere quod uicerat crimine. Et hoc ita gestum est ut homo  
 non extollatur, sed *qui gloriatur in domino gloriatur*. Qui enim  
 40 uictus est homo tantum erat, et ideo uictus est quia superbe  
 deus esse cupiebat; qui autem uicit et homo et deus erat, et  
 ideo sic uicit *natus ex uirgine* quia deus humiliter, non quo-  
 modo alios sanctos regebat illum hominem, sed gerebat. Haec  
 tanta dei dona et si qua alia sunt quae de hac re nobis et  
 45 quaerere nunc et disserere longum est nisi *uerbum caro* fieret,  
 nulla essent.

39 II Cor. 10, 17. 41 uide Symb. 'Quicumque,' 28-35. 42 Symb. Rom.-  
 Mediol. II, 3. 45 Ioh. 1, 14.

Codd. : ABC NOS FJKPT (IMRV; def. L).

17 °homo, inquam μ 19 possent] *ita* O J P T μ, possunt *cett. codd.* 22  
 ostenditur C, (ur *eras.*) P uel] et C, *om.* C<sup>2</sup> se] concupiscentiam C<sup>2</sup> 24  
 talem illam NS lgcg K<sup>a</sup> 25 ingeret A<sup>a</sup> C<sup>2</sup> 26 °si *pr. om.* M<sup>a</sup> peccato  
 A<sup>a</sup> 28 honestitas S<sup>a</sup> 29 °neque] nec V μ 30 impacatum] in peccatum K  
 °carnis V<sup>a</sup> 31 uirginitatis T 32 °dignum morte μ 34 uictus] uictos  
 C<sup>a</sup> ad (d *exp.*) C 35 et] est S<sup>2</sup> 37 quamuis] quicōm C, qui eodem C<sup>2</sup>  
 38 °uicerat] huic erat M 39 extolleretur P 41 °deus et homo I<sup>a</sup> °erat et  
 deus μ 42 sic] si S, sicut R quia — humiliter] humiliter quia deus T 43  
 alio C<sup>a</sup> Haec] *praem.* XVIII F K 44 °rc *om.* I<sup>a</sup>.

XIX.

[XIX 24] Haec autem omnia quae pro nobis *uerbum caro factum* temporaliter et localiter fecit et pertulit secundum distinctionem quam demonstrare suscepimus ad scientiam pertinent non ad sapientiam. Quod autem uerbum est sine 5 tempore et *sine loco* est patri coaeternum et *ubique totum*, de quo si quisquam potest quantum potest ueracem proferre sermonem, *sermo erit ille sapientiae*; ac per hoc *uerbum caro factum, quod est Christus Iesus et sapientiae thesauros habet et scientiae*. Nam scribens apostolus ad colossenses: *Volo*  
 10 *enim uos scire, inquit, quantum certamen habeam pro uobis et pro his qui Laodiciae sunt et quicumque non uiderunt faciem meam in carne ut consolentur corda eorum copulati in caritate et in omnibus diuinitis plenitudinis intellectus ad cognoscendum*  
 15 *sapientiae et scientiae absconditi*. Quatenus nouerat apostolus thesauros istos, quantum eorum penetrauerat et in eis ad quanta peruenerat, quis potest nosse? Ego tamen secundum id quod scriptum est: *Vnicuique autem nostrum datur manifestatio spiritus ad utilitatem; alii quidem datur per spiritum*  
 20 *sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem spiritum*, si ita inter se distant haec duo ut sapientia diuinis, scientia humanis attributa sit rebus, utrumque agnosco in Christo et mecum omnis eius fidelis. Et cum lego *uerbum caro factum*  
 25 *est et habitauit in nobis*, in uerbo intellego uerum dei filium, μ 945  
 in carne agnosco uerum *hominis filium*, et utrumque simul in unam personam dei et hominis ineffabili gratiae largitate

XIX. 1/2 Ioh. 1, 14. 3/4 I Cor. 12, 8; Col. 2, 3. 4/49 cf. Porph., regr. anim. (uide J. J. O'Meara, a.c., p. 152). 5 Anibr., fid. I, 16, 106; Hieron., ephes., I, II, 13-14; cf. Plot., enn. VI, 4, inscr.; 5, inscr.; Orig., princ. IV, 3, 30; Basil., spir. sanct., 9, 22; spir., 2; Ioh. Chrys., de incompr. dei nat., I, 3; in ps. 138, 2; Hil., trin. II, 6; in ps. 118, 8; in ps. 129, 3, 5; in ps. 144, 21; Aug., conf. I, 3, 3; lib. arb. II, 14, 37-38; mor. eccl. cath. I, 11, 19; in ioh. euang., tract. I, 8, 30-33; XXXIV, 6, 16; c. epist. fund., 15, 20 sqq.; e.a.; supra V, 1, 42; infra XIV, xv, 28. 7 I Cor. 12, 8. 7/8 Ioh. 1, 14. 8/9 Col. 2, \*2-3. 9/15 Col. 2, \*1-3. 18/21 I Cor. 12, \*7-8. 23/24 Ioh. 1, 14. 24 II Cor. 1, 19; uide Symb. 'Quicumque,' 28. 25 Dan. 7, \*13; Matth. 9, \*6; 10, \*23; 16, \*27.\*28; 19, \*28; 25, \*31; Marc. 2, \*10; 8, \*38; 9, \*8; Luc. 5, \*24; 6, \*5; 9, \*26; Ioh. 3, \*13-14; 5, \*27; 12, \*23.\*34; 13, \*31; e.a.

Codd. : ABC NOS FJKPT (IMRV; def. L).

Test. : XIX. 15 Quatenus — 26 largitate Beda, f. 106v.

XIX. om. ABCFK 3 suscipiamus C<sup>a</sup>, suscipimus K 4 pertinet S<sup>a</sup> P 5 est om. S coaeternam C 7 ille erit μ erat K<sup>a</sup> 9 scientiae] scienti-  
 ti/ae 2 litt. eras. C °apostolus] apostholos K<sup>a</sup>, add. paulus R 10 habeant  
 (nt exp.) K 11 ois μ Laodiciae sunt] ita ACFJKT, sunt laodiciae cett.  
 codd. μ 12 copulati C<sup>a</sup> 13 intellectos C<sup>a</sup> 14 Christus] add. iesus F μ  
 17 tamen] add. autem T 19 °spiritum] add. sanctum Beda 21 haec om. T<sup>a</sup>  
 22 °christum MR 23 omnes CN<sup>2</sup>SFKT fideles C<sup>2</sup>N<sup>2</sup>SFKT 24  
 habitabit O<sup>a</sup> K °intellego in uerbo Beda °uerbo] uerbum M uerum]  
 om. B<sup>a</sup>, uerbum C 25 °carnem M uerum om. A<sup>a</sup>B<sup>a</sup>C 26 in om. PT  
 una persona AS deum T hominem T ineffabile C<sup>a</sup>

coniunctum. Propter quod sequitur ac dicit : *Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae et ueritatis.* Si gratiam referamus ad scientiam, ueritatem ad  
 30 sapientiam, puto nos ab illa duarum istarum rerum distinctione quam commendauimus non abhorrere.

In rebus enim per tempus ortis illa summa gratia est quod homo in unitatem personae coniunctus est deo ; in rebus uero aeternis summa ueritas recte tribuitur dei uerbo. Quod uero  
 35 idem ipse est *unigenitus a patre plenus gratiae et ueritatis,* id actum est ut idem ipse sit in rebus pro nobis temporaliter gestis cui per eandem fidem mundamur ut eum stabiliter contem-  
 40 *plere potuerunt,* tamen quia sine mediatore, id est sine homine Christo philosophati sunt, quem nec uenturum prophetis nec uenisse apostolis crediderunt, *ueritatem detinuerunt* sicut de illis dictum est *in iniquitate.* Non potuerunt enim in  
 45 his rebus infimis constituti nisi quaerere aliqua media per quae ad illa quae intellexerant sublimia peruenirent, atque ita in deceptores daemones inciderunt per quos factum est *ut immutarent gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et uolucrum et quadrupedum et serpentium.* In talibus enim formis etiam idola instituerunt siue  
 50 coluerunt. Scientia ergo nostra Christus est, sapientia quoque nostra idem Christus est. Ipse nobis fidem de rebus temporalibus

PL 1034

27/29 Ioh. 1, 14. 29/30 I Cor. 12, 8 ; Col. 2, 3. 32/34, 36/38 Plato, tim., 29c ; cf. IV, xviii, 13/14. 41/42. 35 Ioh. 1, 14. 38/39 praecipui gentium philosophi : Porphyrius (uide J. J. O'Meara, a. c., p. 152). 39/40 Rom. 1, \*20. 40/41 I Tim. 2, 5. 42/43 Rom. 1, \*18. 46/49 Rom. 1, \*23. 49/50 Rom. 1, 25. 50/60 I Cor. 12, 8 ; Col. 2, 3.

Codd. : 43 potuerunt — xx, 69 hic def. A ; B C N O S F J K P T (I M R V ; def. L).

Test. : 27 coniunctum, 50 Scientia — 51/52 temporalibus Beda, f. 106v-107.

27 °coniunctum Beda ac dicit] accidit K °ac] et μ 28 unigeniti] ti s. l. T<sup>1</sup>  
 gratia T 29 ueritates K<sup>2</sup>; ueritate T 30 poto C<sup>a</sup> rerum istarum K  
 32 illam (m eras.) C 33 °unitatem] ita B C O J, (m eras.) K, M ; unitate cett. codd. μ  
 deo est F °deco om. R rerum O<sup>3</sup> μ 34 deo P uero] uerbum C T  
 35 gratia T ueritate T 36 ut] s. l. S<sup>1</sup> 38 Illi] praem. viii A B C 41  
 philophati S<sup>a</sup> 42 detinuerunt] mutauerunt K<sup>2</sup> 43 in pr. om. C<sup>a</sup> J iniqui-  
 tatem K in alt. om. S<sup>a</sup> 44 rerum C S J K infirmis K aliqua] praem.  
 re K<sup>a</sup> rmedia B<sup>2</sup> N, (re exp.) O 45 intellexerunt T 46 ita om. P<sup>a</sup> ccp-  
 tores N<sup>a</sup> 48 quadrupedum C<sup>a</sup> 50 collocunt C<sup>a</sup> cst] add. et K 50/51  
 sapientia — est om. T<sup>a</sup> 50 °sapientia quoque] sapientiaque I °quoque om.  
 R 51 °fide Beda

bus inserit ; ipse de sempiternis exhibet ueritatem. Per ipsum  
 pergimus ad ipsum, tendimus per scientiam ad sapientiam ;  
 ab uno tamen eodemque Christo non recedimus *in quo sunt*  
 55 *omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi*. Sed nunc de  
 scientia loquimur, post de sapientia quantum ipse donauerit  
 locuturi. Nec ista duo sic accipiamus quasi non liceat dicere  
 uel istam sapientiam quae in rebus humanis est uel illam  
 scientiam quae in diuinis. Loquendi enim latiore consuetu-  
 60 dine utraque sapientia, utraque scientia dici potest. Nullo  
 modo tamen scriptum esset apud apostolum, *alii datur sermo*  
*sapientiae, alii sermo scientiae*, nisi et proprie singulis nomi-  
 nibus haec singula uocarentur, de quorum distinctione nunc  
 agimus. [XX 25] Iam itaque uideamus quid sermo iste prolixus  
 65 effecerit, quid collegerit, quo peruenerit.

xx. *Beatos esse se uelle* omnium hominum est, nec tamen om-  
 nium est fides qua cor mundante ad beatitudinem peruenerit.  
 Ita fit ut per istam quam non omnes uolunt ad illam tenden-  
 dum sit quam nemo potest esse qui nolit. *Beatos esse se uelle*  
 5 *omnes* in corde suo uident, tantaque est in hac re naturae  
 humanae conspiratio ut non fallatur homo qui hoc ex animo  
 suo de animo conicit alieno ; denique omnes id uelle nos  
 nouimus. Multi uero immortales se esse posse desperant, cum  
 id quod omnes uolunt, id est beatus, nullus esse aliter possit ;  
 10 uolunt tamen etiam immortales esse si possint, sed non cre-  
 dendo quod possint non ita uiuunt ut possint. Necessaria est  
 ergo fides ut beatitudinem consequamur omnibus humanae  
 naturae bonis, id est et animi et corporis. Hanc autem fidem

μ 946

54/55 Col. 2, 3. 61/62 1 Cor. 12, 8.

xx. 1.4/5.7 Epic., epist ad menoec. (apud Diog. Laërt., uir. ill. X) ; Cic., hort., exord., fragm. 36 (ed. Müller, p. 316 ; cf. Cic., tusc. V, x, 28 ; Aug., c. acad. I, 11, 5 ; beat. uit. 11, 10 ; lib. arb. II, 9, 27 sqq. ; mor. eccl. cath. I, 111, 4 ; conf. X, xx, 29 ; XXI, 31 ; ciu. dei X, 1 ; retr. I, [xiii] xiv ; c. iul. op. imp. VI, 26 ; epist. 104, 1v, 12).

Codd. : B C ; def. A N O S F J K P T (I M R V ; def. L).

Test. : 52 inserit — 55 absconditi Beda, f. 107.

55 et scientiae] s. l. Beda A<sup>1</sup> °nunc om. R<sup>a</sup> 56 sapientiae (e alt. exp.) C 57  
 °accipimus R 59 latiori O<sup>3</sup> 60 utraque pr.] utrumque T utraque alt.]  
 utra N<sup>a</sup>, utrumque T 62 propria P 64 iam] praem. x B C, praem. xx J  
 uideamus] a s. l. K<sup>1</sup> °qui V<sup>a</sup> prolexus C, prolixius T 65 °efficerit I<sup>a</sup>  
 quo] quod (d exp.) C.

xx. om. B C F J 1 °esse om. I<sup>a</sup> se om. C T °hominum om. M<sup>a</sup> 1/2  
 omnium] add. hominum J 2 qua] qu/a 1 litt. eras. K 4 possit C nolit]  
 add. beatum del. S Beatos] praem. xx F, add. autem S<sup>2</sup> se esse T uelle]  
 uel C<sup>a</sup> 6 flagellatur J °ex hoc I hoc] //hoc 2 litt. eras. P ex om. P<sup>a</sup>  
 7 coniciat C<sup>2</sup> °nos om. M 8 °esse se M desperant C<sup>a</sup> 9 est om. T  
 beatus] beatos B<sup>a</sup> C J K, add. esse S<sup>2</sup> esse] del. S<sup>2</sup> 10 etiam om. P  
 °possent μ 11 possint pr. et alt.] possunt S 11/12 °ergo est μ 13  
 anime C<sup>a</sup>

in Christo esse definitam qui in carne *resurrexit a mortuis non*  
 15 *moriturus ulterius*, nec nisi per illum quemquam liberari a PL 1035  
 diaboli dominatu per remissionem peccatorum, in cuius diabo-  
 li partibus necesse est esse miseram uitam eandemque perpe-  
 tuam, quae mors potius est dicenda quam uita, eadem fides  
 20 disputauit, cum iam et in quarto libro huius operis multa de  
 hac dixerim, sed ibi propter aliud, hic propter aliud; ibi  
 scilicet ut ostenderem cur et quomodo Christus in plenitudine  
 temporis a patre sit missus propter eos qui dicunt eum qui  
 misit et eum qui missus est aequales natura esse non posse;  
 25 hic autem ad distinguendam actiuam scientiam a contemplati-  
 ua sapientia.

[26] Placuit quippe uelut gradatim ascendentibus in utra-  
 que requirere apud interiorem hominem quandam sui cuius-  
 que generis trinitatem sicut prius apud exteriorem quaesiui-  
 30 mus ut ad illam trinitatem quae deus est pro nostro modulo,  
 si tamen uel hoc possumus, saltem *in aenigmate* et *per specu-  
 lum* contuendam exercitatio in his inferioribus rebus mente  
 ueniamus. Huius igitur uerba fidei quisquis in solis uocibus  
 memoriae commendauerit nesciens quid significant (sicut  
 35 solent qui graece nesciunt uerba graeca tenere memoriter, uel  
 latina similiter uel cuiusque alterius linguae, qui eius ignari  
 sunt), nonne habent quandam in suo animo trinitatem quia  
 et in memoria sunt illi uerborum soni etiam quando inde non  
 cogitat, et inde formatur acies recordationis eius quando de  
 40 his cogitat, et uoluntas recordantis atque cogitantis utrumque  
 coniungit? Nullo modo tamen dixerimus istum cum hoc agit  
 secundum trinitatem interioris hominis agere sed potius ex-  
 terioris quia id solum meminit et quando uult quantum uult

14/15 Rom. 6, \*9. 20 in quarto libro: cf. IV, XIX sqq. 22/23 Gal. 4, 4.  
 23/24 cf. IV, XX, 1/4. 25/26 I Cor. 12, 8; Col. 2, 3. 31/32 I Cor. 13, 12.

Codd.: B C; def. A N O S F J K P T (I; usque ad 20 quarto def. L;  
 M R V).

14 esse] *add.* credimus K<sup>2</sup> diffinitam S P 15 onisi] si R<sup>a</sup> 16/17 diaboli  
*om.* J 17 omiseram esse μ 18 est potius S μ eademque J, eandem K,  
 eandem K<sup>2</sup> 19 oispatio M 20 oin] n s. l. C<sup>1</sup>, *om.* V<sup>a</sup> 21 hac] *add.* re  
 N<sup>2</sup> P T 21/22 scilicet ibi T 22 plenitudinem C<sup>a</sup> 24 oequalis R  
 onaturae I<sup>2</sup> non posse esse T 25 a] ad (d *eras.*) J 25/26 contemplatiuam  
 (m *alt. exp.*) C 28 requerere C 29 sicuti sicut C 30 ad] s. l. P<sup>1</sup> modolo  
 C 31 si] sic (c *exp.*) C saltim O<sup>3</sup> S K<sup>2</sup> T 32 ocontuendam] intuendam  
 et R in — inferioribus] *bis, pr. del.* S rebus *om.* F P 33 uerba] r s. l. S<sup>1</sup>  
 35 oqui] quia I<sup>a</sup> ograecae *om.* L ograeca uerba μ 36 signari (s *eras.*) C  
 37 habet S T μ quia] cui T 38 in] s. l. T<sup>1</sup> 39 onde I 40 his] eis J  
 ocogitantis atque recordantis L V<sup>a</sup> cogitatis C<sup>a</sup> outrum I<sup>a</sup> 42  
 hominis interioris T 43 quantum] *praem.* et N<sup>2</sup> F J P

intuetur quod ad sensum corporis pertinet qui uocatur audi-  
 45 tus, nec aliud quam corporalium rerum, id est sonorum, tali  
 cogitatione imagines uersat. Si autem quod uerba illa signi- PL 1036  
 fificant teneat et recolat, iam quidem aliquid interioris hominis  
 agit, sed nondum dicendus uel putandus est uiuere secundum  
 interioris hominis trinitatem si ea non diligit quae ibi prae-  
 50 dicantur, praecipiantur, promittuntur. Potest enim etiam ad  
 hoc tenere atque cogitare ut falsa esse existimans conetur  
 etiam redarguere. Voluntas ergo illa quae ibi coniungit ea  
 quae memoria tenebantur et ea quae inde in acie cogitationis  
 impressa sunt implet quidem aliquam trinitatem cum ipsa sit  
 55 tertia, sed non secundum eam uiuitur quando illa quae cogi-  
 tantur uelut falsa non placent. Cum autem uera esse credun-  
 tur et quae ibi diligenda sunt diliguntur, iam secundum trini-  
 tatem interioris hominis uiuitur; secundum hoc enim uiuit  
 quisque quod diligit. Quomodo autem diligantur quae nesciun-  
 60 tur sed tantum creduntur? Iam quaestio ista tractata est in  
 superioribus libris, et inuentum neminem diligere quod penitus  
 70 ignorat; ex his autem quae nota sunt diligi quando diligi  
 dicuntur ignota. μ 947

Nunc librum istum ita claudimus ut admoneamus quod  
 65 *iustus ex fide uiuit, quae fides per dilectionem operatur* ita ut  
 uirtutes quoque ipsae quibus prudenter, fortiter, temperanter,  
 iusteque uiuitur omnes ad eandem referantur fidem; non enim  
 aliter uerae poterunt esse uirtutes. Quae tamen in hac uita non  
 ualent tantum ut aliquando non sit hic necessaria qualium-  
 70 cumque remissio peccatorum, quae non fit nisi per eum qui  
 sanguine suo uicit principem peccatorum. Ex hac fide et tali μ 948

---

59/60.61/62 cf. VIII, IV, 6/7; VIII sqq.; IX, III, 1/2; X, I, 2/3; XIII, IV, 10; V,  
 31/32. 65 Hab. 2, \*4; Rom. I, 17; Gal. 3, 11; Hebr. 10, 38. Gal. 5, \*6.

---

Codd. : usque ad 69 hic def. A ; B C N O S F J K P T ( I L M R V ).

---

45 °aliud] *praem.* ad I 46 imaginis C<sup>2</sup> 47 teneat] *praem.* et S 48 °ait L  
 dicendus] *add.* est K est om. K 49 °diligat μ 51 °falsas I °existi-  
 mantas conemur I °existimas V<sup>a</sup> 52/53 eaque C 53 tenebantur] an s. l. B<sup>1</sup>  
 in om. T °aciei T, acies I<sup>a</sup> 54 sit] fit K 55 °non om. V<sup>a</sup> ea S 56 pla-  
 ceant C 57 quae] *praem.* ea T 58 uiuit enim S 59 °diligatur V<sup>a</sup> 60 tan-  
 tum] tamen P tractata est om. S 61 libris] om. N, *add.* tractata est S<sup>2</sup>  
 °diligere R<sup>2</sup> 62 °ignorat om. V<sup>a</sup> °iis μ autem] tamen B<sup>2</sup> N O P 62/  
 63 diligi dicuntur] diliguntur J 63 ignota] ig/nota 1 *litt.* eras. C 64 ita] sic  
 V<sup>a</sup> 65 °per dilectionem om. R 66 °ipse L 67 enim om. J 68 °pote-  
 runt uerae μ °potuerunt I R<sup>2</sup> 69 tantum ualent T 71 Ex] et B C

uita quaecumque notiones sunt in animo fidelis hominis cum  
 memoria continentur et recordatione inspiciuntur et uoluntati  
 placent, reddunt quandam sui generis trinitatem. Sed imago  
 75 dei de qua in eius adiutorio post loquemur nondum in ipsa est,  
 quod tunc melius apparebit cum demonstratum fuerit ubi sit,  
 quod in futuro uolumine lector exspectet.

---

Codd. : *ABC NOS FJKPT (ILMRV)*.

---

72 fideles *K*<sup>a</sup> 73 uoluntate *O*<sup>3</sup> 77 lector *om. T* °exspectet] expectat *K*,  
*add. amen JLV, add. contuli R.*

LIBER XIV

I. [I 1] Nunc de sapientia nobis est disserendum, non illa dei <sup>μ 947</sup>  
 quae procul dubio deus est (nam sapientia dei filius eius <sup>PL 1035</sup>  
 unigenitus dicitur), sed loquemur de hominis sapientia, uera  
 tamen quae secundum deum est et uerus ac praecipuus cultus  
 5 eius est, quae uno nomine *θεοσέβεια* graece appellatur. Quod  
 nomen nostri sicut iam commemorauimus uolentes et ipsi  
 uno nomine interpretari 'pietatem' dixerunt, cum pietas apud  
 graecos *εὐσέβεια* usitatus nuncupetur, *θεοσέβεια* uero quia <sup>PL 1036</sup>  
 uno uerbo perfecte non potest, melius interpretatur duobus ut  
 10 dicatur potius 'dei cultus.'

Hanc esse hominis sapientiam, quod et in duodecimo huius  
 operis uolumine iam posuimus, scripturae sanctae auctoritate  
 monstratur in libro serui dei Iob ubi legitur dei sapientiam  
 dixisse homini : *Ecce pietas est sapientia ; abstinere autem a*  
 15 *malis scientia* (siue etiam ut nonnulli de graeco *ἐπιστήμην*  
 interpretati sunt, *disciplina*, quae utique a discendo nomen  
 accepit, unde et scientia dici potest ; ad hoc enim quaeque  
 res discitur ut sciatur, quamuis alia notione in his quae

I. 2 I Cor. I, 24.21 ; Eccli. I, 3-4. 2/3 Symb. Rom.-Mediol. I, 2. 3  
 Iob 28, \*12. 4/5 cf. XII, XIV, 22/23. 5 *θεοσέβεια* : Iob 28, 28 (LXX).  
 6/7 cf. XII, XIV, 22. 8/10 cf. XII, XIV, 22/23 ; XIV, XII, 9/10. 10 Iob 28,  
 \*28. 11/12 in duodecimo ... uolumine : XII, XIV. 14/15 Iob 28, \*28. 15  
*ἐπιστήμην* : Iob 28, 28 (LXX) ; uetus stoica definitio (infra XIV, I, 49). 15/16  
*nonnulli de graeco ἐπιστήμην interpretati sunt 'disciplina'* : Iob 28, \*28 (?) ; potius Hieron.,  
 interpr. Orig., in ierem. hom. VIII [V], 2 (PG 13, 337<sup>o</sup> ; 338<sup>o</sup> ; cf. infra ad  
 XIV, I, 49.51.54/56). 16/18 *disciplina ... sciatur* : cf. Aug., solil. II, 11, 20 (PL  
 32, 894).

Codd. : ABC NOS FJKPT (ILMRV).

Test. : I. 16 disciplina — 17 potest [*Isid., orig. I, I, 1*].

I.] PROOEM. B 1 disserendum est J oilla] *praem.* de μ o dei om. I  
 2 o sapientia] *praem.* de R<sup>a</sup> 2/3 unigenitus filius eius T 3 loquimur C J T  
 homini T<sup>a</sup> 4 otamen om. M<sup>a</sup> 5 est eius P nomine] *add.* id est F  
 theosebia A C O S F J K, theosebia B N T, oeocebia P appellantur J<sup>a</sup>  
 5/7 o Quod—dixerunt om. I<sup>a</sup> 6 commemorabimus K<sup>a</sup> 7 in tepraetari K<sup>a</sup>  
 8 eusebia A C O S F J K, eusebia B N T, eucebia P onuncupatur L<sup>a</sup> theose-  
 bia A C O S F J K, theosebia B N T, oeocebia P 9 perfecto K, proferri T  
 o duobus interpretatur μ 11 o et om. M 13 demonstratur A B C F  
 dei serui N O S μ sapientia A<sup>2</sup> N J T 14 est] s.l. T<sup>1</sup> o a om. M<sup>a</sup>  
 15 malis] *add.* est C scientiam (m *exp.*) C osiue] sicut I de] ex T  
 grego C<sup>a</sup> epistetemen (te *alt. exp.*) A, epistcmen B N, om. C, epistemen  
 O S F J K T, epictemen P 16 disciplina] *add.* est A C S J K T ; disciplinam  
 F P ad (d *exp.*) C 17 accipit C unde om. V<sup>a</sup> 18 dicitur T  
 notitione (ti *alt. del.*) A o iis μ

pro peccatis suis mala quisque patitur ut corrigatur dici so- PL 1037  
 20 leat *disciplina*. Vnde illud est in epistula ad hebraeos : *Quis enim est filius cui non det disciplinam pater eius ?*, et illud eumentius in eadem : *Omnis uero disciplina ad tempus non gaudii uidetur esse sed tristitiae ; postea uero fructum pacificum his qui per eam certauerunt reddet iustitiae*). Deus ergo ipse sum-  
 25 ma sapientia ; cultus autem dei sapientia est hominis de qua nunc loquimur. Nam *sapientia huius mundi stultitia est apud deum*. Secundum hanc itaque sapientiam quae dei cultus est ait sancta scriptura : *Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum*.

30 [2] Sed si de sapientia disputare sapientium est, quid age-  
 mus ? Numquidnam profiteri audebimus sapientiam ne sit  
 nostra de illa impudens disputatio ? Nonne terreberimur exem-  
 plo Pythagorae qui cum ausus non fuisset sapientem profiteri,  
 philosophum potius, id est amatorem sapientiae, se esse res-  
 35 pondit, a quo id nomen exortum ita deinceps posteris placuit  
 ut quantalibet de rebus ad sapientiam pertinentibus doctrina  
 quisque uel sibi uel aliis uideretur excellere non nisi philo-  
 sophus uocaretur ? An ideo sapientem profiteri talium homi-  
 num nullus audebat quia sine ullo peccato putabant esse  
 40 sapientem ? Hoc autem nostra scriptura non dicit quae dicit :  
*Argue sapientem, et amabit te* ; profecto enim iudicat habere  
 peccatum quem censet arguendum. Sed ego nec sic quidem

μ 948

19/20 Hebr. 12, 7.11. 20/21 Hebr. 12, \*7. 22/24 Hebr. 12, \*11. 25  
 Iob 28, \*28.12. 26/27 I Cor. 3, 19. 27 Iob 28, \*28.12. 28/29 Sap. 6, 26.  
 30.45 *de sapientia disputare sapientium est* : cf. Cic., hort., fragm. 100 (ed. Müller,  
 p. 326 ; Aug., c. acad. III, xiv, 31 [Strom. patr. et med. II, 64, 12/13]).  
 33/38.42/43.46/47 Heraclid. (apud Cic., tusc. V, III, 8, et Diog. Laërt., uir. ill. I,  
 12) ; sed uide Ritter-Preller, "Hist. philos. graec.", 3 : « In Pythagoram transtulit  
 Heraclides quod erat Socraticae modestiae proprium. » 41 Prou. 9, \*8.

Codd. : ABC NOS FJKPT (ILMRV).

Test. : 35 ita — 38 uocaretur [Isid., orig. VIII, vi, 3].

19 unusquisque A<sup>a</sup> B C F T 21 est enim T °est om. R<sup>a</sup> filius est S  
 det] debet T 22 omnes C<sup>a</sup> °uero] enim μ °ad tempus disciplina μ  
 disciplina] (1 lit. eras.) C 23 pacificum] pacatissimum P 24 °is T, iis μ  
 certauerunt A<sup>2</sup> J K 26 °huius mundi] huiusmodi L<sup>a</sup> 27 °hanc om. M  
 28 sancta] praem. et C est om. A<sup>a</sup> B<sup>a</sup> 30/31 agimus C S K T 31 aude-  
 bimus] aut debimus (t eras.) J 32 °nostra om. R<sup>a</sup> 33 pythagorae B K ;  
 pythagorae C T ; phitagore N ; phitagorae (h eras.) O, S ; pythagore F sa-  
 pientiam A C S<sup>a</sup> J K T profiteri] praem. se N<sup>2</sup> 35 poteris T<sup>a</sup> 36  
 °quantumlibet I 37/38 philophus S<sup>a</sup> 38 sapientem] praem. se S<sup>2</sup> profiteri  
 talium] profiterit alium C, profiteri aliorum C<sup>2</sup> profiteri] add. se J<sup>2</sup> 40  
 °quae dicit om. M<sup>a</sup> 41 °Argue sapientem om. R<sup>a</sup> amaui K<sup>a</sup> indicat T  
 42 nec] ne C O<sup>a</sup> T

sapientem me audeo profiteri. Satis est mihi quod etiam ipsi  
negare non possunt, esse etiam philosophi, id est amatoris  
45 sapientiae, de sapientia disputare. Non enim hoc illi facere  
destiterunt qui se amatores sapientiae potius quam sapientes  
esse professi sunt.

[3] Disputantes autem de sapientia definierunt eam dicen-  
tes : *Sapientia est rerum humanarum diuinarumque scientia.*  
50 Vnde ego quoque in libro superiore utrarumque rerum cogni-  
tionem, id est diuinarum atque humanarum, et sapientiam et  
scientiam dici posse non tacui. Verum secundum hanc dis-  
tinctionem qua dixit apostolus : *Alii datur sermo sapientiae,*  
*alii sermo scientiae,* ista definitio diuidenda est ut rerum diui-  
55 narum scientia sapientia proprie nuncupetur, humanarum

---

49.51.54/56 uetus stoica definitio ; cf. Chrysipp., fragm. 35 (ed. v. Arnim, "Stoic. uet. fragm.") ; Cic., fin. bon. mal. II, XII, 37 : *diuinarum humanarumque rerum scientia quae potest appellari rite sapientia* ; off. I, XLIII, 153 : *sapientia ... rerum est diuinarum et humanarum scientia* ; II, II, 5 : *sapientia autem est, ut a ueteribus philosophis definitum est, rerum diuinarum et humanarum causarumque ... scientia* ; tusc. IV, XXVI, 57 : *sapientiam esse rerum diuinarum et humanarum scientiam* ; V, III, 7 : *sapientiam ... quae diuinarum humanarumque rerum ... cognitione hoc ... nomen ... adsequatur* ; de or. I, XLIX, 212 ; Philo, congr. erud. grat. (14), 79 ; Sen., epist. 89, 4 : *sapientiam ... diuinarum et humanarum scientiam* ; Ps.-Plut., Act., plac. phil. I, prooem., 2 (ed. Diels, "Doxogr. graec.", p. 273, 12) ; Galen., hist. phil., 5 (ed. Diels, "Doxogr. graec.", p. 603, 2) ; Sext. Emp., c. mathem. IX, 13.125 ; Orig., c. cels. III, 72 ; in ierem. hom. VIII [V], 2 (PG 13, 337<sup>c</sup>) : "Ὅτε μὲν γὰρ σοφίαν τὴν «ἐπιστήμην» λαμβάνεις τῶν θεῶν καὶ ἀνθρωπίνων = interprete Hieronymo (PG 13, 338<sup>c</sup>) : *Quando enim sapientia dicitur «disciplina» ista diuinarum rerum humanarumque institutio* (cf. supra ad XIV, 1, 15/16 ; Clem. Alex., paedag. II, II, 25, 3 (GCS, Clem. I, 171, 16/17) ; Strom. I, v, 30, 1 ; VI, 35, 3 ; IV, XXVI, 163, 4 ; VI, XVI, 133, 5 ; XVII, 160, 2 ; VII, XII, 70, 5 (GCS, Clem. II, 19, 15/16 ; 23, 11 ; 321, 2/3 ; 499, 25/26 ; 514, 17/18 ; Clem. III, 50, 29 sq.) ; Lact., diu. inst. III, 13, 10 [ex Cic., off. II, II, 5] (CSEL 19, 214, 2/3) ; epit., [26] 31, 2 (CSEL 19, 700, 14/15) ; Hieron., ephes., I, 1, 9 (PL 26, 452<sup>A</sup>) : *Stoici quoque ... dicentes : "Sapientia est rerum diuinarum humanarumque cognitio, prudentia uero tantum mortalium"* ; Aug., c. acad. I, VI, 16.18 ; VIII, 23 (Strom. patr. et med. II, 23, 3/4 ; 24, 4 ; 26, 24). 50/52 cf. XII, XIV, 44/45 ; XIII, I, 29/30 ; XIX, 58/59. 51/52.55/56 I Cor. 12, 8 ; Col. 2, 3. 53/54 I Cor. 12, 8. 54 ista definitio : XIV, 1, 49.

---

Codd. : ABC NOS FJKPT (ILMRV).

---

43 me om. A B<sup>a</sup> C S K T 44 esse] exp. C<sup>2</sup> K<sup>2</sup> phylosorum T amatores  
C J, amatorum T 45 disputare] praem. se K<sup>2</sup> illi hoc J facere illi P  
°facere] praem. disputare V<sup>a</sup> 48 diffinierunt A P 49 Sapientia] scientia  
N scientia] sapientia N 50 °ego] e/go I lit. eras. C J, ergo R<sup>a</sup> superiori  
O<sup>2</sup> utrumque F 53 °quam I 54 diffinitio J<sup>a</sup>, diffinitio P ut om. K<sup>a</sup>  
55/56 sapientia—autem om. B<sup>a</sup> 55 proprie sapientia A C F μ 55/56 nun-  
cupetur—proprie om. T<sup>a</sup>

autem proprie scientiae nomen obtineat, de qua uolumine  
 tertio decimo disputaui, non utique quidquid sciri ab homine  
 potest in rebus humanis ubi plurimum superuacaneae uanita-  
 tis et noxiae curiositatis est huic scientiae tribuens, sed illud  
 60 tantummodo quo fides saluberrima quae ad ueram beatitudi-  
 nem ducit gignitur, nutritur, defenditur, roboratur. Qua  
 scientia non pollent fideles plurimi, quamuis polleant ipsa fide  
 plurimum. Aliud est enim scire tantummodo quid homo cre-  
 dere debeat propter adipiscendam uitam beatam quae non  
 65 nisi aeterna est, aliud autem scire quemadmodum hoc ipsum  
 et piis opituletur et contra impios defendatur, quam proprio  
 appellare uocabulo scientiam uidetur apostolus. De qua prius  
 cum loquerer ipsam praecipue fidem commendare curauī, a  
 70 temporalibus aeterna breuiter ante distinguens atque ibi de  
 etiam de rebus aeternis fidem temporalem quidem et tempora-  
 liter in credentium cordibus habitare, necessariam tamen  
 propter adipiscenda ipsa aeterna esse monstraui. Fidem quo-  
 que de temporalibus rebus quas pro nobis aeternus fecit et  
 75 passus est in homine quem temporaliter gessit atque ad aeter-  
 na peruexit ad eandem aeternorum adeptionem prodesse  
 disserui, uirtutesque ipsas quibus in hac temporali mortalitate  
 prudenter, fortiter, temperanter et iuste uiuitur, nisi ad ean-  
 dem licet temporalem fidem quae tamen ad aeterna perducit  
 80 referantur, ueras non esse uirtutes.

μ 949  
 PL 1038

---

57/66 cf. Clem. Alex., strom. VI, xviii, 162, 2-4 (GCS, Clem. II, 515, 2/31).  
 67 I Cor. 12, 8; Col. 2, 3. 70 aeterna ... differens : cf. XIII, xix, 56/57. 73  
 monstraui : XIII, vii. 73/80 cf. XIII, xx, 64/68. 78 cf. XIII, xx, 65/66.

---

Codd. : ABC NOS FJKPT (ILMRV).

---

56 uolumine] *praem.* in N<sup>2</sup> O<sup>2</sup> F K 57 scire C<sup>a</sup> K<sup>a</sup> 58 plurimum] *add.* est L  
 superuacuae A<sup>2</sup> 59 est] *add.* quid sit sapientia uera et quid sit scientia K  
 60 quo] quod T 61 oducit *om.* R<sup>a</sup> defenditur nutritur J<sup>a</sup> Qua] quia  
 (i *eras.*) T 62 pollent] pollet S<sup>a</sup> 64 non *om.* S<sup>a</sup> 67 uidetur scientiam F<sup>a</sup>  
 prius] proprius N 67/68 prius eum] priusquam T 68 ipsa J 69  
 distingues K<sup>a</sup> 70 aeterna] *praem.* ad L 72 necessarium A<sup>2</sup> 73 adipiscen-  
 dam (m *exp.*) C, (m *eras.*) J; adipiscenda (s *pr. eras.*) T oipsa *om.* R<sup>a</sup> 75 est  
*om.* S<sup>a</sup> 75/76 aeternam I 76 oprouexit T μ, perrexit L<sup>a</sup> adoptionem  
 A<sup>a</sup> J 77 odisseruit (t *eras.*) T, deserui R quibus *om.* T 78 fortiter *om.* J<sup>a</sup>  
 otemperanter *om.* R<sup>a</sup> 79 ad *om.* T o aeternam K<sup>a</sup> I 80 referantur] n  
 s.l. T<sup>1</sup>.

II. [II 4] Quapropter, quoniam sicut scriptum est : *Quamdiu sumus in corpore peregrinamur a domino ; per fidem enim ambulamus non per speciem*, profecto quamdiu iustus ex fide uiuit, quamuis secundum interiorem hominem uiuat, licet  
 5 per eandem temporalem fidem ad ueritatem nitatur et tendat aeternam, tamen in eiusdem fidei temporalis retentione, contemplatione, dilectione nondum talis est trinitas ut dei iam imago dicenda sit ne in rebus temporalibus constituta uideatur quae constituenda est in aeternis. Mens quippe hu-  
 10 mana cum fidem suam uidet qua credit quod non uidet non aliquid sempiternum uidet. Non enim semper hoc erit, quod utique non erit quando ista peregrinatione finita qua peregrinamur a domino ut per fidem ambulare necesse sit species illa succedet per quam uidebimus *facie ad faciem*, sicut modo non  
 15 uidentes, tamen quia credimus, uidere merebimur atque ad speciem nos per fidem perductos esse gaudebimus. Neque enim iam fides erit qua credantur quae non uidentur, sed species qua uideantur quae credebantur. Tunc ergo etsi uitae huius mortalis transactae meminerimus et credidisse nos aliquando  
 20 quae non uidebamus memoriter recoluerimus, in praeteritis atque transactis deputabitur fides ista non in praesentibus rebus semperque manentibus, ac per hoc etiam trinitas ista quae nunc in eiusdem fidei praesentis ac manentis memoria, contuitu, dilectione consistit tunc transacta et praeterita  
 25 reperietur esse, non permanens. Ex quo colligitur ut si iam imago dei est ista trinitas, etiam ipsa non in eis quae semper sunt sed in rebus sit habenda transeuntibus.

---

II. 1/3 II Cor. 5, \*6-7. 3/4 Hab. 2, \*4 ; Rom. 1, 17 ; Gal. 3, 11 ; Hebr. 10, 38. 4 Rom. 7, 22. 7/8 I Cor. 11, \*7. 12/13 II Cor. 5, 6-7. 14 I Cor. 13, \*12. 15/16 II Cor. 5, 7.

---

Codd. : ABC NOS FJKPT (ILMRV).

---

II. om. ABC 1 °sicut om. M 2 °in corpore om. R 3 °tamdiu M 4 °quamuis] quamdiu M °hominem interiorem μ 5 °fidem temporalem F, fidem temporalem fidem M<sup>a</sup> 6 aeternam] praem. ad FK μ ; aeterna J μ °eadem S<sup>2</sup>, eisdem R<sup>a</sup> °retentionem M 7 °contemplationem M °dilectionem M, dilectione R<sup>2</sup> 8 iam om. T °ne] nec I 9 Mens] praem. II AC, praem. I B 10 °cum] quam M suam fidem P qua — uidet alt. om. S credet C<sup>a</sup> 11 °Non] add. erit L °erit om. L semper] sempiternum P 13 °ut] et V<sup>2</sup> 14 °accedit L<sup>a</sup>, succedit R °uidimus C<sup>a</sup>, uidemus M<sup>a</sup> °facie] faciem (m. *eras.*) A, R 15 quia] i s. l. T<sup>1</sup> 16 °perdoctos R<sup>a</sup> 17 creantur S<sup>a</sup> 18 °uideatur S<sup>a</sup>, uidentur M<sup>a</sup> 19 °mortales V<sup>a</sup> credidisse C 20 °uideramus I M recolerimus N<sup>a</sup> 21 °in om. M °praeteritis M 23 ac] °hac C<sup>a</sup> M<sup>2</sup>, a J, om. M 24 et om. S 25 collegitur K<sup>a</sup> ut om. T °iam om. M 26 in om. T eis] add. que in eis S<sup>a</sup>.

III. [III] Absit autem ut cum animae natura sit immortalis nec ab initio quo creata est umquam deinceps esse desitat, id quo nihil melius habet non cum eius immortalitate periret. Quid uero melius in eius natura creatum est quam quod *ad* 5 sui creatoris *imaginem* facta est? Non igitur in fidei retentione, contemplatione, dilectione, quae non erit semper, sed in eo quod semper erit inuenienda est quam dici oporteat imaginem dei.

[5] An adhuc utrum ita se res habeat aliquanto diligentius 10 atque abstrusius perscrutabimur? Dicitur enim potest non perire PL 1039 istam trinitatem etiam cum fides ipsa transierit quia sicut nunc eam et memoria tenemus et cogitatione cernimus et uoluntate diligimus, ita etiam tunc cum eam nos habuisse memoria tenebimus et recolemus et hoc utrumque tertia uo- 15 luntate iungemus, eadem trinitas permanebit (quoniam si nullum in nobis quasi uestigium transiens reliquerit, profecto nec in memoria nostra eius aliquid habebimus quo recurramus eam praeteritam recordantes atque id utrumque intentione tertia copulantes, et quod erat scilicet in memoria non inde 20 cogitantibus nobis et quod inde cogitatione formatur).

Sed qui hoc dicit non discernit aliam nunc esse trinitatem quando praesentem fidem tenemus, uidemus, amamus in nobis; aliam tunc futuram quando non ipsam sed eius uelut imaginarium uestigium in memoria reconditum recordatione 25 contuebimur, et duo haec, id est quod erat in memoria retinentis et quod inde imprimitur in acie recordantis, tertia uoluntate iungemus. Quod ut possit intellegi, sumamus exemplum de corporalibus rebus de quibus in libro undecimo satis locuti sumus, nempe ab inferioribus ad superiora ascendentes uel 30 ab exterioribus ad interiora ingredienti primam reperimus

III. 4/5 Gen. I, 26.27; 5, \*1; 9, 6; cf. Orig., in gen. hom. I, 3; XIII, 4 (GCS 29, 15-18; 119-121); Ambr., hexaem. VI, 7, 40-8, 45 (CSEL 32, 231-236). 28 in libro undecimo: XI, 11.

Codd.: ABC NOS FJKPT (ILMRV).

III. om. ABC 1 cum] *praem.* que *exp.* C 3 °quo] o *s.l.* K<sup>2</sup>, quod IM °habeat M<sup>2</sup> ea S 4 quam quod ad] numquid S<sup>a</sup> 5 Non] num S 6 °contemplationem, dilectionem M 7 °eo quod] ea quae M quam] aliquam S<sup>2</sup> 9 An] *praem.* III AC, *praem.* II B adhuc] *praem.* et F °se om. V habeant (n *eras.*) O °aliquando R 10 perscrutabitur P 11 °quia] qui V<sup>a</sup> 13 uoluntate C<sup>a</sup> diligimus C<sup>a</sup> °ea I 14/15 uoluntatem (m *alt. exp.*) C 17 °habemus M<sup>a</sup> 18 eam] *praem.* ad C<sup>2</sup> 19 et] ei S 20 °formetur R<sup>a</sup> 22 °quando] qua R<sup>a</sup> °fide M 23 ipsa P 24 °memoriam IM 25/26 retinentes A<sup>a</sup> J<sup>a</sup>, recipientis T 26 et] *s.l.* C<sup>1</sup> premitur S recordantes A<sup>a</sup> C<sup>a</sup> K<sup>a</sup> 27 Quod] *praem.* III AC, *praem.* III B 29 nempe] ne quippe (ne *exp.*) C, ut S °ab om. V<sup>a</sup> 29/30 uel — ingredienti om. S<sup>a</sup> 30 °reperiamus S, reperiebamus T, reperiemus M

trinitatem in corpore quod uidetur et acie uidentis quae cum uidet inde formatur et in uoluntatis intentione quae utrumque coniungit. Huic trinitati similem constituamus cum fides quae nunc inest nobis tamquam corpus illud in loco ita in  
 35 nostra memoria constituta est, de qua informatur cogitatio recordantis sicut ex illo corpore acies intuentis, quibus duobus ut trinitas impleatur adnumeratur tertia uoluntas quae fidem in memoria constitutam et quandam eius effigiem in contuitu recordationis impressam conecit et iungit sicut in illa cor-  
 40 poralis trinitate uisionis formam corporis quod uidetur et conformationem quae fit in cernentis aspectu coniungit intentio uoluntatis. Faciamus ergo corpus illud quod cernebatur inter-isse dilapsum nec eius remansisse aliquid in ullo loco ad quod uidendum recurrat aspectus. Numquid quia imago rei cor-  
 45 poralis iam transactae atque praeteritae remanet in memoria unde informetur cogitantis obtutus atque id utrumque tertia uoluntate iungatur, eadem trinitas esse dicenda est quae fuerat quando species in loco positi corporis uidebatur? Non utique, sed prorsus alia. Nam praeter quod illa erat extrinsecus, haec  
 50 intrinsecus, illam profecto faciebat species praesentis corporis, hanc imago praeteriti. Sic et in hac re de qua nunc agimus et propter quam putauimus adhibendum illud exemplum, fides quae nunc in animo nostro est uelut illud corpus in loco dum tenetur, aspicitur, amatur quandam efficit trinitatem; sed non  
 55 ipsa erit quando fides haec in animo sicut corpus illud in loco iam non erit. Quae uero tunc erit quando eam recordabimur in nobis fuisse, non esse, alia profecto erit. Hanc enim quae nunc est facit res ipsa praesens et animo credentis affixa, at illam quae tunc erit faciet rei praeteritae imaginatio in recor-  
 60 dantis memoria derelicta. [6] Nec illa igitur trinitas quae nunc

PL 1040

Codd. : ABC NOS FJKPT (ILMRV).

31 aciem (m del., exp.) A uidentes C<sup>a</sup> 32 uidetur J inde] in fide A<sup>a</sup>  
 33 coniugit S<sup>a</sup> 34 quae nunc om. V<sup>a</sup> 35/36 recordatio cogitantis T 36  
 °recordationis i. r. M<sup>o</sup> 37 out] et V<sup>a</sup> °adnumeratur om. R<sup>a</sup> 38 °memo-  
 riam (m tert. eras.) S, M R constitam K<sup>a</sup> 39 coniungit J μ 39/40 cor-  
 poralis P<sup>a</sup>, corporis T 40 trinitatis T quod] quae J 41 fit] fecit A<sup>a</sup> 42  
 cernebatur] uidebatur J 43 delapsum A<sup>a</sup> S, dilabsum C remanse T<sup>a</sup>  
 44 °currat I 46 cogitantis] recordantis A<sup>a</sup> B<sup>a</sup> C<sup>2</sup> μ, recordantes C optutus  
 N O K T id om. T 47 cst om. P<sup>a</sup> 48 quando] add. e C, add. ei C<sup>2</sup> °in  
 om. I utique] add. ipsa S<sup>2</sup> 49 °haec] praem. sed I 50 °corporis om. L  
 51 °hanc] hinc R<sup>a</sup> Sic] sicut T 52 quod A<sup>a</sup> C putabimus K<sup>a</sup> °illud  
 om. V<sup>a</sup> 52/53 exemplum — illud om. C 53 °illud om. V<sup>a</sup> 54 tenetur]  
 add. et S<sup>2</sup> aspicitur K<sup>a</sup> 55 °fides] add. habet R 56 ea S 57 fuisse] fuis  
 T<sup>a</sup> °Hanc] hacc R<sup>a</sup> 58 °nunc] nun T<sup>a</sup>, om. V<sup>a</sup> et om. S °at] ad K L R  
 59 illa J K in om. P 60 °derelictam S, rclicta M, delicta R<sup>a</sup> °Nec] ne R<sup>a</sup>

non est imago dei erit, nec ista imago dei est quae tunc non erit, sed ea est inuenienda in anima hominis, id est rationali siue intellectuali, imago creatoris quae immortaliter immortalitati eius est insita.

- IV. [IV] Nam sicut ipsa immortalitas animae secundum quendam modum dicitur (habet quippe et anima mortem suam cum uita beata caret quae uere animae uita dicenda est, sed immortalis ideo nuncupatur quoniam qualicumque uita etiam cum miserrima est numquam desinit uiuere), ita quamuis ratio uel intellectus nunc in ea sit sopitus, nunc paruus, nunc magnus appareat, numquam nisi rationalis et intellectualis est anima humana; ac per hoc si secundum hoc facta est *ad imaginem dei* quod uti ratione atque intellectu ad intellegendum et conspiciendum deum potest, profecto ab initio quo esse coepit ista tam magna et mira natura, siue ita obsoleta sit haec imago ut pene nulla sit siue obscura atque deformis siue clara et pulchra sit, semper est. Denique deformitatem dignitatis eius miserans diuina scriptura: *Quamquam, inquit, in imagine ambulat homo, tamen uane conturbatur; thesaurizat et nescit cui congregabit ea.* Non itaque uanitatem imagini dei tribueret nisi deformem cerneret factam. Nec tantum ualere illam deformitatem ut auferat quod imago est satis ostendit dicendo: *Quamquam in imagine ambulat homo.* Quapropter ex utraque parte ueraciter pronuntiari potest ista sententia, ut quemadmodum dictum est: *Quamquam in imagine ambulat*

IV. 8/9 Gen. 1, 27; 5, \*1; 9, 6; cf. Orig., in gen. hom. I, 3; XIII, 4 (GCS 29, 15-18; 119-121); Ambr., hexaem. VI, 7, 40-8, 45 (CSEL 32, 231-236). 14/16 Ps. 38, \*7. 19 Ps. 38, \*7. 20/21 Ps. 38, \*7.

Codd.: ABC NOS FJKPT (ILMRV).

61 non pr. om. R 61/62 nec — erit om. S 62/63 oīd — siue om. M 62 rationalis S J 63 intellectualis S immortaliter om. T<sup>a</sup> 63/64 immortalitate T est om. T.

iv. om. ABC 1 ipsa om. A<sup>a</sup> 2 modum] mo C<sup>a</sup> °et om. I °mortem suam anima V<sup>a</sup> 3 uera B P T μ uita animae F 5 desensent C, desinit C<sup>2</sup> 6 uel] uellen C<sup>a</sup> °sopitus] positus J, sipotus R 7 onisi] si R<sup>a</sup>, om. V<sup>a</sup> 9 rationem C<sup>a</sup> atque] et A B<sup>a</sup> C °intellectum M 11 °natura om. V<sup>a</sup> obsolita K<sup>2</sup> P<sup>a</sup> 13 sit] add. exemplum fides quae nunc in anima nostra est uelud illud (XIV, III, 52/53) del. C semper] praem. tamen N<sup>2</sup> 14 miserans] memorans S iniqui C<sup>a</sup> 15 in om. A<sup>a</sup> °imagine] imaginem K<sup>a</sup> I, (m alt. eras.) V; add. dei K P I L V °ambulet K P, perambulat T M uane om. P<sup>a</sup> 16 °ne sit L<sup>a</sup> °congregabit] gre s.l. N<sup>1</sup>, congregat T, congregauit V 17 deformem C<sup>a</sup> °ualeret M 19 °in om. R<sup>a</sup> °imagine] imaginem I R<sup>a</sup>; add. dei A<sup>2</sup> S P L V °ambulet P L, perambulat T M 19/22 Quapropter — homo om. N 21 °in om. C<sup>a</sup> R<sup>a</sup> °imagine] imaginem K<sup>a</sup>, (m alt. eras.) V; add. dei A<sup>2</sup> S P L V °ambulet P L, perambulat T M

*homo, tamen uane conturbatur*, ita dicatur : 'Quamquam uane conturbatur homo, tamen in imagine ambulat.' Quamquam enim magna natura sit, tamen uitiari potuit quia summa non  
 25 est ; et quamquam uitiari potuerit quia summa non est, tamen quia summae naturae capax est et esse particeps potest, magna natura est.

Quaeramus igitur in hac imagine dei quandam sui generis trinitatem adiuuante ipso qui nos fecit *ad imaginem* suam.  
 30 Non enim aliter possumus haec salubriter uestigare et secundum sapientiam quae ab illo est aliquid inuenire, sed ea quae in superioribus libris et maxime in decimo de anima humana uel mente diximus si lectoris uel memoria teneantur atque  
 35 sunt recenseantur, non hic desiderabit prolixiorum de rei tantae inquisitione sermonem. [7] Inter cetera ergo in libro decimo diximus hominis mentem nosse semetipsam. Nihil enim tam nouit mens quam id quod sibi praesto est, nec menti magis quidquam praesto est quam ipsa sibi. Et alia quantum  
 40 satis uisum est adhibuimus documenta quibus hoc certissime probaretur.

v. [V] Quid itaque dicendum est de infantis mente ita adhuc paruuli et in tam magna demersi rerum ignorantia ut illius PL 1041 mentis tenebras mens hominis quae aliquid nouit exhorreat ? An etiam ipsa se nosse credenda est, sed intenta nimis in eas  
 5 res quas per corporis sensus tanto maiore quanto nouiore coepit delectatione sentire, non ignorare se potest sed cogitare se non potest ? Quanta porro intentione in ista quae foris sunt

28 Gen. 1, 27 ; 5, \*1 ; 9, 6. 29 Eccli. 17, \*1 ; Gen. 1, 27. 36/37 in libro decimo : X, vii, 34 sqq.

Codd. : ABC NOS FJKPT (ILMRV).

22 ita] ac si N 23 conturbetur P °in om. R<sup>a</sup> °imagine] imaginem I V<sup>a</sup> ;  
 add. dei A<sup>2</sup> S L V 24 potuerit S, poterit S<sup>2</sup> 25 et — est alt. om. A<sup>a</sup> °et  
 om. M potuit T 26 °summa natura R<sup>a</sup> 28 Quaeramus] praem. v A C,  
 praem. iiii B 30 inuestigare T μ 31 inuenere T<sup>a</sup> 32 superioribus (r  
 pr. exp.) C °decimo] add. libro T M<sup>2</sup> humana anima V<sup>a</sup> 33 lectores K<sup>a</sup>  
 memoriae K °teneatur I 34 °recolatur I in pr. om. T 35  
 recenseatur T °hic] praem. id M °desiderauit K<sup>a</sup> I 36 inquesicione C,  
 inquisicione C<sup>2</sup> 38 °mens om. R 39 alia] a alt. eras. B 40 adhibuimus  
 (i pr. exp.) T 41 probaremus A C F.

v. om. ABC 1 itaque] igitur T 2 paruoli C<sup>a</sup> magnam F ignorantiam F 4 °intenta] in tanta L<sup>a</sup> 6 °ceperit M<sup>a</sup> potest] praem. non A<sup>2</sup> L 7 °porro] potest K, add. ut potestis I

sensibilia feratur uel hinc solum conici potest quod lucis huius  
 hauriendae sic auida est ut si quisquam minus cautus aut ne-  
 10 sciens quid inde possit accidere nocturnum lumen posuerit  
 ubi iacet infans, in ea parte ad quam iacentis oculi possint  
 retorqueri nec ceruix possit inflecti, sic eius inde non remo-  
 uetur aspectus ut nonnullos ex hoc etiam strabones fieri  
 nouerimus eam formam tenentibus oculis quam teneris et  
 15 mollibus consuetudo quodam modo infixit. Ita et in alios  
 corporis sensus quantum sinit illa aetas intentione se quasi  
 coartant animae paruulorum ut quidquid per carnem offendit  
 aut allicit hoc solum abhorreant uehementer aut appetant ;  
 sua uero interiora non cogitent nec possint admoneri ut hoc  
 20 faciant quia nondum admonentis signa nouerunt ubi praeci-  
 puum locum uerba obtinent quae sicut alia prorsus nesciunt.  
 Quod autem aliud sit non se nosse, aliud non se cogitare iam  
 in eodem uolumine ostendimus.

μ 952

[8] Sed hanc aetatem omittamus quae nec interrogari potest  
 25 quid in se agatur et nos ipsi eius ualde obliti sumus. Hinc  
 tantum certos nos esse suffecerit quod cum homo de animi  
 sui natura cogitare potuerit atque inuenire quod uerum est,  
 alibi non inueniet quam penes se ipsum. Inueniet autem non  
 quod nesciebat sed unde non cogitabat. Quid enim scimus si  
 30 quod est in nostra mente nescimus cum omnia quae scimus  
 non nisi mente scire possimus ?

VI. [VI] Tanta est tamen cogitationis uis ut nec ipsa mens quodam modo se in conspectu suo ponat nisi quando se cogitat, ac per hoc ita nihil in conspectu mentis est nisi unde cogita-

v. 22 cf. X, v, 20 ; XIV, vii, 2/3. 28/29 sqq. *inueniet non quod nesciebat sed unde cogitabat* : Plato (?) ; cf. XIV, vii, 22/24 sqq.

Codd. : ABC NOS FJKPT (ILMRV).

8 °concupi R, connici R<sup>2</sup> 11 oculi/ 1 lit. eras. J °possint] possunt C, possit N<sup>a</sup> ; om. I<sup>a</sup> 12 °ceruis L posit C<sup>a</sup> inde eius P °non om. M<sup>a</sup> 12/13 mouetur P, remouetur T μ 13 etiam ex hoc P 14 °nouimus M<sup>a</sup> 15 quodam modo] quod ad modo C<sup>a</sup> aliis P 16 sensibus P sinit] sit S intentione se] intentiosa (sa i. r.) S<sup>2</sup> quasi] add. enim S<sup>2</sup> 17 paruulorum C<sup>a</sup> ut] ad C °quid V<sup>a</sup> 18 solum] add. aut T 19 cogitant F possint] possit F admoueri T 20 °admonendis V °nouerint V<sup>a</sup> 21 °locam L<sup>a</sup> °obtenent C<sup>a</sup>, retinent I<sup>a</sup> 24 °quae] quia V nec om. S potest] praem. non S<sup>2</sup> 26 nos certos T °sufficerit F<sup>a</sup> K I M, sufficeret R 28 inueniet pr.] inuenit M Inueniet alt.] inuenit T 29 °simus L<sup>a</sup> 30 mente nostra T 31 °possemus N O<sup>a</sup> ; possumus (u pr. ad i per ras.) J P, I R.

vi. om. ABC 1 tamen] enim J, autem P cogitaonis C<sup>a</sup>, cogitationes K<sup>a</sup>

tur ut nec ipsa mens qua cogitatur quidquid cogitatur aliter  
 5 possit esse in conspectu suo nisi se ipsam cogitando. Quomodo  
 autem quando se non cogitat in conspectu suo non sit cum  
 sine se ipsa numquam esse possit quasi aliud sit ipsa, aliud  
 conspectus eius, inuenire non possum. Hoc quippe de oculo  
 corporis non absurde dicitur. Ipse quippe oculus loco suo est  
 10 fixus in corpore; aspectus autem eius in ea quae extra sunt  
 tenditur et usque in sidera extenditur. Nec est oculus in  
 conspectu suo quandoquidem non conspicit se ipsum nisi  
 speculo obiecto unde iam locuti sumus. Quod non fit utique  
 quando se mens in suo conspectu sui cogitatione constituit.  
 15 Numquid ergo alia sua parte aliam suam partem uidet cum  
 se conspicit cogitando sicut aliis membris nostris qui sunt  
 oculi alia nostra membra conspiciamus quae in nostro possunt  
 esse conspectu? Quid dici absurdius uel sentiri potest? Vnde  
 20 igitur aufertur mens nisi a se ipsa, et ubi ponitur in conspectu  
 suo nisi ante se ipsam? Non ergo ibi erit ubi erat quando in  
 conspectu suo non erat quia hic posita, inde sublata est. Sed si  
 conspicienda migravit, conspectura ubi manebit? An quasi  
 geminatur ut et illic sit et hic, id est et ubi conspiciere et ubi  
 conspici possit, ut in se sit conspiciens ante se conspiciua?  
 25 Nihil horum nobis ueritas consulta respondet quoniam quando  
 isto modo cogitamus non nisi corporum fictas imagines cogita-  
 mus, quod mentem non esse paucis certissimum est mentibus  
 a quibus potest de hac re ueritas consuli.

Proinde restat ut aliquid pertinens ad eius naturam sit  
 30 conspectus eius, et in eam quando se cogitat non quasi per  
 loci spatium sed incorporea conuersione reuocetur. Cum uero  
 non se cogitat, non sit quidem in conspectu suo nec de illa

---

VI. 11/13 cf. IX, III, 6/7; X, III, 13/16. 29/31 cf. Porph., sent., 40, 5-6  
 (uide J. Pépin, "Une nouvelle source de Saint Augustin : Le ζήτημα de Porphyre  
 sur l'union de l'âme et du corps", Revue des Études Anciennes, LXVI, 1-2, 1964,  
 p. 103-104).

---

Codd. : ABC NOS FJKPT (ILMRV).

---

4 °qua] quae (e *eras.*) V 5 °ipsum L 7 °se *om.* R<sup>a</sup> 8 possumus T 9  
 °oculus] *om.* B<sup>a</sup>, os C<sup>a</sup> L 9/10 °fixus est μ 11 in *pr.*] ad P extenditur]  
 tenditur S 12 nisi] in C 14 constituat S<sup>2</sup> 15 °sua] sui T M °parte —  
 suam *om.* M °partem suam μ 16 aliis] illis S<sup>2</sup> 17 membra nostra N P  
 T μ possunt] *praem.* sunt uel P 18 Quid] quod S J, quo quid S<sup>2</sup> 20/21  
 nisi — suo *om.* S<sup>a</sup> 20 erat] erit K 22 migrabit A B<sup>a</sup> C 23 et *tert. om.* A<sup>a</sup> B<sup>a</sup> C  
 24 conspice C<sup>a</sup> potest C ut] et J se ante F 25 nobis *om.* P<sup>a</sup> res-  
 pondit (*corr. 1 m.*) B, S<sup>a</sup> 26 imagine T<sup>a</sup> 30 et in eam] etiam N O<sup>a</sup> eam  
*om.* P<sup>a</sup> 31 locis C<sup>a</sup> incorpoream conuersionem S °conuersione (at  
*eras.*) T, R<sup>a</sup>

suus formetur obtutus, sed tamen nouerit se tamquam ipsa  
 sibi sit memoria sui. Sicut multarum disciplinarum peritus  
 35 ea quae nouit eius memoria continentur, nec est inde aliquid  
 in conspectu mentis eius nisi unde cogitat; cetera in arcana  
 quadam notitia sunt recondita quae memoria nuncupatur.  
 Ideo trinitatem sic commendabamus ut illud unde formatur  
 cogitantis obtutus in memoria poneremus, ipsam uero con-  
 40 formationem tamquam imaginem quae inde imprimitur, at  
 illud quo utrumque coniungitur amorem seu uoluntatem.  
 Mens igitur quando cogitatione se conspicit, intellegit se et  
 recognoscit; gignit ergo hunc intellectum et cognitionem  
 suam. Res quippe incorporea intellecta conspicitur et intelle-  
 45 gendo cognoscitur. Nec ita sane gignit istam notitiam suam  
 mens quando cogitando intellectam se conspicit tamquam  
 sibi ante incognita fuerit, sed ita sibi nota erat quemadmodum  
 notae sunt res quae memoria continentur etiamsi non cogiten-  
 tur (quoniam dicimus hominem nosse litteras etiam cum de  
 50 aliis rebus, non de litteris cogitat). Haec autem duo, gignens  
 et genitum, dilectione tertia copulantur quae nihil est aliud  
 quam uoluntas fruendum aliquid appetens uel tenens. Ideoque  
 etiam illis tribus nominibus insinuandam mentis putauimus  
 trinitatem, memoria, intellegentia, uoluntate.

55 [9] Sed quoniam mentem semper sui meminisse semperque  
 se ipsam intellegere et amare, quamuis non semper se cogitare  
 discretam ab eis quae non sunt quod ipsa est, circa eiusdem  
 libri decimi finem diximus, quaerendum est quonam modo ad  
 cogitationem pertineat intellectus, notitia uero cuiusque rei  
 60 quae inest menti etiam quando non de ipsa cogitatur ad solam  
 dicatur memoriam pertinere. Si enim hoc ita est, non habebat  
 haec tria ut et sui meminisset et se intellegeret et amaret, sed

52/54 cf. Cic., inu. II, LIII, 160; Aug., diu. quaest., xxxi, 1; epist. 169, II, 6;  
 supra X, XI, 3.17/18.29; infra XIV, VII, 51/52; XI, 4/7; XV, VII, 25.87/113.  
 55/57 X, XII, 9/12; cf. XIV, VII, 16.22/23.44/45; VIII, 14/16.

Codd.: ABC NOS FJKPT (ILMRV).

33 obtutus] aspectus J ipsam (m *eras.*) S 34 °sit sibi μ memoriae suae  
 C<sup>a</sup> sui *om.* T<sup>a</sup> 35 °continentur I<sup>a</sup> 37 °condita M °nuncupatur *om.* R<sup>a</sup>  
 38 °sic] *praem.* sit L<sup>a</sup> formator C<sup>a</sup> 39 memoriam (m *tert. eras.*) S 40  
 imprimetur K at] ad ACFK, ac (*c. i. r.*) P, et A<sup>2</sup> S μ 41 °quod M con-  
 gungitur C<sup>a</sup> °amore S M seuolontatem C<sup>a</sup> °uoluntate S M 42 se  
 cogitatione A 43 °hinc N<sup>2</sup> P, hanc M 45 °ita] ista (*s. eras.*) R 47 °antea I  
 ignota J nota *om.* J 48 memoriae (*e alt. eras.*) C, K 51 gignitum K  
 52 Ideoque] de coque C 53 insinuandum N 56 °se *alt. om.* I 57 est ipsa  
 F °circa *om.* V<sup>a</sup> 58 °finem *om.* V<sup>a</sup> 59 cogitationem] ta *s. l.* P<sup>1</sup>, cogni-  
 tionem T notitiam A<sup>a</sup> C<sup>a</sup> uero *om.* P<sup>a</sup> 60 ipsa] *praem.* se A<sup>2</sup>, *praem.* re T  
 62 °ut *om.* T L<sup>a</sup> M R meminisse T intellegere C N T et *tert.*] *add.* se T  
 amare C N T

meminerat sui tantum, et postea cum cogitare se coepit tunc se intellexit atque dilexit.

VII. [VII] Quapropter diligentius illud consideremus exemplum quod adhibuimus ubi ostenderetur aliud esse rem quamque non nosse, aliud non cogitare, fierique posse ut nouerit homo PL 1043 aliquid quod non cogitat quando aliunde, non inde cogitat. 5 Duarum ergo uel plurium disciplinarum peritus quando unam cogitat, aliam uel alias etiam si non cogitat nouit tamen. Sed numquid recte possumus dicere : 'Iste musicus nouit quidem musicam sed nunc eam non intellegit quia non eam cogitat ; intellegit autem nunc geometricam, hanc enim nunc cogitat' ? 10 Absurda est quantum apparet ista sententia. Quid etiam illa si dicamus : 'Iste musicus nouit quidem musicam sed nunc eam non amat quando non eam cogitat ; amat autem nunc geometricam quoniam nunc ipsam cogitat' ? Nonne similiter absurda est ? Rectissime uero dicimus : 'Iste quem perspicias 15 de geometrica disputantem etiam perfectus est musicus. Nam et meminit eius disciplinae et intellegit et diligit eam, sed quamuis eam nouerit et amet, nunc illam non cogitat quoniam geometricam de qua disputat cogitat.'

Hinc admonemur esse nobis in abdito mentis quarundam 20 rerum quasdam notitias, et tunc quodam modo procedere in medium atque in conspectu mentis uelut apertius constitui quando cogitantur ; tunc enim se ipsa mens et meminisse et intellegere et amare inuenit etiam unde non cogitabat quando

---

VII. 2/3 cf. X, v, 20 ; XIV, v, 22. 16.22/23 cf. X, XII, 9/12 ; XIV, VI, 55/57 ; VII, 44/45 ; VIII, 14/16. 23/24 Plato (?) ; cf. XIV, v, 28/29.

---

Codd. : ABC NOS FJKPT (ILMR ; VII, 18 (dispu)tat — XVII, 7 est def. V ; legitur E).

---

63 °tantum sui μ.

VII.] om. A B, VI C 2 habuimus A quamque] quamquam i. r. N<sup>2</sup>,  
 quanquam P 3 non pr.] nos (s i. r.) C<sup>2</sup> nosse] esse T °posse] praem.  
 non R<sup>a</sup> 4 inde om. S 5 °plurimarum F ; plurimum (m pr. exp.) K, L M  
 disciplinarum om. P<sup>a</sup> 8 quia] qui C<sup>a</sup> °non eam] eam non μ 9 autem]  
 uero F nunc pr.] eras. A °hanc] haec R<sup>a</sup> °nunc alt.] non (eras.) S, V<sup>a</sup>  
 11 quidam C<sup>a</sup> 12 °non eam] eam non μ non alt. om. S<sup>a</sup> nunc om.  
 A B<sup>a</sup> C S F 13 geometricam om. A<sup>a</sup> C<sup>a</sup> 14 absurdum O J T uero  
 om. P<sup>a</sup> istum S<sup>a</sup>, (ū i. r.) P<sup>2</sup> 15 perfecte S micus C<sup>a</sup> T 16 °disci-  
 plinae eius μ °disciplinam I<sup>a</sup> °eam et diligit μ 17 eam] om. J, eandem T  
 et amet] et tamen N, attamen N<sup>2</sup> ; add. tamen i. mg. B<sup>2</sup>, J ; add. et R 21  
 atque] ad quae C<sup>a</sup> adpertius (d eras.) C 22 se om. T ipsam C F P  
 23 amare] add. se T non] nunc S<sup>a</sup>

aliunde cogitabat. Sed unde diu non cogitauerimus et unde  
 25 cogitare nisi commoniti non ualemus, id nos nescio quo eodem-  
 que miro modo si potest dici scire nescimus. Denique recte ab  
 eo qui commemorat ei quem commemorat dicitur : 'Scis hoc  
 sed scire te nescis ; commemorabo et inuenies te scientem  
 30 quod te nescire putaueras.' Id agunt et litterae quae de his  
 rebus conscriptae sunt, quas res duce ratione ueras esse inuenit  
 lector, non quas ueras esse credit ei qui scripsit sicut legitur  
 historia, sed quas ueras esse etiam ipse inuenit siue apud se  
 siue in ipsa mentis duce ueritate. Qui uero nec admonitus ualet  
 35 ista contueri magna caecitate cordis tenebris ignorantiae de-  
 mersus est altius, et mirabiliore diuina ope indiget ut possit  
 ad ueram sapientiam peruenire.

[10] Propter hoc itaque uolui de cogitatione adhibere  
 quaecumque documentum quo posset ostendi quomodo ex  
 his quae memoria continentur recordantis acies informetur et  
 40 tale aliquid gignatur ubi homo cogitat quale in illo erat ubi  
 ante cogitationem meminerat, quia facilius dinoscitur quod  
 tempore accedit et ubi parens prolem spatio temporis ante-  
 cedit. Nam si nos referamus ad interiorem mentis memori-  
 am qua sui meminit et interiorem intellegentiam qua se intel-  
 45 legit et interiorem uoluntatem qua se diligit, ubi haec tria  
 simul sunt et simul semper fuerunt ex quo esse coeperunt  
 siue cogitarentur siue non cogitarentur, uidebitur quidem  
 imago illius trinitatis et ad solam memoriam pertinere. Sed  
 quia ibi uerbum esse sine cogitatione non potest (cogitamus  
 50 enim omne quod dicimus etiam illo interiore uerbo quod ad  
 nullius gentis pertinet linguam), in tribus potius illis imago

μ<sub>2</sub>954

26 sqq. cf. Socrat., ignot. loc. (an Plato ?) ; Hieron., in hiez. XIII, XLII, 1/12 ;  
 epist. 53, 9, 2 ; epist. 57, 12, 4 ; Cic., acad. II, XXIII, 74. 44/45 cf. X, XII, 9/12 ;  
 XIV, VI, 55/57 ; VII, 16.22/23 ; VIII, 14/16. 51/52 cf. Cic., inu. II, LIII, 160 ;  
 Aug., diu. quaest., XXXI, 1 ; epist. 169, II, 6 ; supra X, XI, 3.17/18.29 ; XIV, VI,  
 52/54 ; infra XIV, XI, 4/7 ; XV, VII, 25.87/113.

Codd. : ABC NOS FJKPT (EILMR ; def. V).

24 aliunde] aliud NOS μ cogitauirimus C<sup>a</sup> 25 ualeamus B<sup>2</sup> N O<sup>a</sup> 26  
 miro] *praem.* modo *del.* B dicis C<sup>2</sup> scire] sci *eras.*, re *exp.* C<sup>2</sup> 27 ei —  
 commemorat *om.* T °ci] et R °quem] cui A<sup>2</sup> L 28 °inuenies] scies M  
 scientem] scire S<sup>3</sup> 31 credit J scribit B<sup>2</sup> 33 duce] lucc A C S  
 F P T ueritate] *praem.* ct C<sup>2</sup> 34 cordis] *add.* ct T 34/35 dimersus I<sup>1</sup> J  
 35 altiore P mirabiliore] meliore P indigit K<sup>a</sup> 38 possit F P T, posit K  
 39 °is M R, iis μ 40 in *om.* C 42 accidit K T 44 sui] se (*c. i. r.*) B<sup>2</sup> 45  
 uolomatem C<sup>a</sup> 46 sunt] *praem.* scmpcr B<sup>2</sup> N O S F μ °scmpcr simul μ  
 48 trinitatis illius F 50 enim *om.* B<sup>a</sup> C K omnes S illo] *praem.* in J  
 51 gentis] generis T lingua J

ista cognoscitur, memoria scilicet, intellegentia, uoluntate. PL 1044

Hanc autem nunc dico intellegentiam qua intellegimus cogitantes, id est quando eis repertis quae memoriae praesto  
 55 fuerant sed non cogitabantur cogitatio nostra formatur, et eam uoluntatem siue amorem uel dilectionem quae istam prolem parentemque coniungit, et quodam modo utrisque communis est. Hinc factum est ut etiam per exteriora sensibilia quae per oculos carnis uidentur legentium ducerem tardita-  
 60 tem, in undecimo scilicet libro, atque inde cum eis ingrederer ad hominis interioris eam potentiam qua ratiocinatur de temporalibus rebus differens illam principaliter dominantem qua contemplatur aeterna. Atque id duobus uoluminibus egi, duodecimo utrumque discernens quorum unum est superius,  
 65 alterum inferius quod superiori esse subditum debet; tertio decimo autem de munere inferioris quo humanarum rerum scientia salubris continetur ut in hac temporali uita id agamus quo consequamur aeternam quanta potui ueritate ac breuitate disserui, quandoquidem rem tam multiplicem atque copiosam,  
 70 multorum atque magnorum disputationibus multis magnisque celebratam uno strictim uolumine inclusi, ostendens etiam in ipsa trinitatem sed nondum quae dei sit imago dicenda.

VIII. [VIII 11] Nunc uero ad eam iam peruenimus disputationem ubi principale mentis humanae quo nouit deum uel potest

---

60 in undecimo ... libro : XI, II. 66/67 cf. Chrysipp., fragm. 35; Cic., fin. bon. mal. II, XII, 37; off. I, XLIII, 153; II, II, 5; tusc. IV, XXVI, 57; V, III, 7; de or. I, XLIX, 212; Philo, congr. erud. grat. (14), 79; Sen., epist. 89, 4; Ps.-Plut., Aet., plac. phil. I, prooem., 2; Galen., hist. phil., 5; Sext. Emp., c. mathem. IX, 13.125; Orig., c. cels. III, 72; in ierem. hom. VIII [V interpr. Hieron.], 2; Clem. Alex., paedag. II, II, 25, 3; strom. I, v, 30, 1; VI, 35, 3; IV, XXVI, 163, 4; VI, XVI, 133, 5; XVII, 160, 2; VII, XII, 70, 5; Lact., diu. inst. III, 13, 10 [ex Cic., off. II, II, 5]; epit., [26] 31, 2; Hieron., ephes., I, I, 9; Aug., c. acad. I, VI, 16.18; VIII, 23; supra XIV, I, 48 sqq.

---

Codd. : ABC NOS FJKPT (EILMR; def. V).

---

53 dico nunc S °nunc] non R 55 fuerunt OS 56 uolomtatem C 57 °parentem quae C<sup>a</sup>, partemque L<sup>a</sup> congungit C<sup>a</sup> utrique T 59 ducerent J 59/60 tardetatem C<sup>a</sup> 60 scilicet C<sup>a</sup> 61 °rationatur I 63 contempe-  
 ratur i. mg. T<sup>2</sup> aeternas ACµ, aeternis T Atque] ad quae C<sup>a</sup> °id] add.  
 in LM °duabus M 65 °subditum esse µ 66 °infioris R<sup>a</sup> quod CJK  
 67 scientia om. T<sup>a</sup> salubri C, salubriter P continentur S<sup>a</sup> T in om. C  
 hanc temporalem uitam C id] ad C, ad id C<sup>2</sup> 68 aeterna S ac] hac  
 T<sup>a</sup> 69 tam] tantam T 70 magnis quae C<sup>a</sup> 71 strictam AC F<sup>a</sup> in],  
 eras. (?) K 72 sit dei F.

VIII. om. ABC 1 iam om. P 2 principali K 2/3 nosse potest P

nosse considerandum suscepimus ut in eo reperiamus imaginem dei. Quamuis enim mens humana non sit eius naturae  
 5 cuius est deus, imago tamen naturae illius qua natura melior  
 nulla est ibi quaerenda et inuenienda est in nobis quo etiam  
 natura nostra nihil habet melius. Sed prius mens in se ipsa  
 consideranda est antequam sit particeps dei et in ea reperienda  
 10 est imago eius. Diximus enim eam etsi amissa dei participa-  
 tione obsoletam atque deformem dei tamen imaginem permanere.  
 Eo quippe ipso imago eius est quo eius capax est eiusque  
 esse particeps potest, quod tam magnum bonum nisi per hoc  
 quod imago eius est non potest.

μ 955

Ecce ergo mens meminit sui, intellegit se, diligit se. Hoc si  
 15 cernimus, cernimus trinitatem, nondum quidem deum sed  
 iam imaginem dei. Non forinsecus accepit memoria quod  
 teneret, nec foris inuenit quod aspiceret intellectus sicut corporis  
 oculus, nec ista duo uelut formam corporis et eam quae  
 inde facta est in acie contuentis uoluntas foris iunxit. Nec  
 20 imaginem rei quae foris uisa est quodam modo raptam et in  
 memoria reconditam cogitatio cum ad eam conuerteretur inuenit,  
 et inde informatus est recordantis obtutus iungente  
 utrumque tertia uoluntate, sicut in eis ostendebamus trinitatibus  
 fieri quae in rebus corporalibus reperiebantur uel ex  
 25 corporibus per sensum corporis introrsus quodam modo trahebantur,  
 de quibus omnibus in libro undecimo disseruimus. PL 1045  
 Nec sicut fiebat uel apparebat quando de illa scientia disserebamus  
 iam in hominis interioris opibus constituta, quae

VIII. 3/4 Gen. I, 27; 5, \*I; 9, 6. 9 diximus: XIV, IV. 10 Gen. I, \*27; 5, \*I; 9, \*6. 14/16 cf. X, XII, 9/12; XIV, VI, 55/57; VII, 16.22/23.44/45; X, 23/24. 16 Gen. I, 27; 5, \*I; 9, 6. 26 in libro undecimo: XI, II - IV. 27/29 cf. XII, XIV.

Codd.: ABC NOS FJKPT (EILMR; def. V).

5 est deus] imago est T oillus] eius μ qua] quia (i eras.) S 6 est et inuenienda K et inuenienda] bis S<sup>a</sup> 7 ipsa in se T 8 considerandae C<sup>a</sup> 9 etsi] et A<sup>a</sup> B<sup>a</sup> C, etiam si T admissa C 10 obsoletam (ta pr. exp.) A, obsoletam P<sup>a</sup> at quae C<sup>a</sup> deform] 1 lit. eras. A<sup>a</sup> dei tamen] deitate A<sup>a</sup> 11 ipsa M imago om. B<sup>a</sup> eius pr. om. T 12 particeps esse μ 13 eius om. T non] praem. ei inesse S<sup>2</sup> posset T 14 Ecce] praem. VI A, praem. V B, praem. VIII C 15 cernimus alt. om. O<sup>a</sup> dei A<sup>a</sup> C 16 imaginem] in imagine K Non] praem. nam S<sup>2</sup> forinsecus] praem. iam T accipit O 18 oculis A<sup>a</sup>, oculos C<sup>a</sup> S<sup>a</sup> 19 acta A 21 memoriam C S K redactam A<sup>a</sup> C o eum L 22 formatus A<sup>2</sup> B P μ recordantes C<sup>a</sup> iungente] i s.l. T<sup>1</sup> 23 utrum quae C<sup>a</sup> o tertia om. M 24 reperiebatur J<sup>a</sup> 25 sensus J o introrsum L 25/26 trahebatur S<sup>a</sup> 27/28 deserebamus K<sup>a</sup> 28 opibus] ita N O S K P T, operibus cett. codd. μ constituta S<sup>a</sup>

distinguenda fuit a sapientia, unde quae sciuntur uelut aduen-  
 30 ticia sunt in animo, siue cognitione historica inlata ut sunt  
 facta et dicta quae tempore peraguntur et transeunt uel in  
 natura rerum suis locis et regionibus constituta sunt, siue in  
 ipso homine quae non erant oriuntur aut aliis docentibus aut  
 cogitationibus propriis sicut fides quam plurimum in libro  
 35 tertio decimo commendauimus, sicut uirtutes quibus si uerae  
 sunt in hac mortalitate ideo bene uiuitur ut beate in illa quae  
 diuinitus promittitur immortalitate uiuatur.

Haec atque huiusmodi habent in tempore ordinem suum,  
 in quo nobis trinitas memoriae, uisionis et amoris facilius  
 40 apparebat. Nam quaedam eorum praeueniunt cognitionem  
 discentium ; sunt enim cognoscibilia et antequam cognoscan-  
 tur suique cognitionem in discentibus gignant. Sunt autem  
 uel in locis suis uel quae tempore praeterierunt, quamuis quae  
 praeterierunt non ipsa sint sed eorum quaedam signa praeteri-  
 45 torum quibus uisis uel auditis cognoscantur fuisse atque  
 transisse. Quae signa uel in locis sita sunt sicut monumenta  
 mortuorum et quaecumque similia, uel in litteris fide dignis  
 sicut est omnis grauis et approbandae auctoritatis histo-  
 ria, uel in animis eorum qui ea iam nouerunt (eis quippe iam  
 50 nota, et aliis utique sunt noscibilia quorum scientiam praeue-  
 nerunt et qui ea nosse illis quibus nota sunt docentibus pos-  
 sunt). Quae omnia et quando discuntur quandam faciunt tri-  
 nitatem specie sua quae noscibilis fuit etiam antequam nosce-  
 retur eique adiuncta cognitione discentis quae tunc esse  
 55 incipit quando discitur ac tertia uoluntate quae utrumque  
 coniungit. Et cum cognita fuerint, alia trinitas dum recolun-  
 tur fit iam interius in ipso animo ex his imaginibus quae cum

---

34/35 in libro tertio decimo : XIII, I - II.

---

Codd. : ABC NOS FJKPT (EILMR ; def. V).

---

29 distingenda T<sup>a</sup> a om. S 29/30 aduentia S<sup>a</sup> 30 cogitatione A<sup>a</sup> his-  
 toria T<sup>a</sup> 32 constita S<sup>a</sup> 33 °aut pr.] ut KI 35 °sicut] quibus M 38  
 °atque] at quae C<sup>a</sup>, autem I 39 uicionis C<sup>a</sup> 41/42 agnoscantur T 42 sui  
 quae C<sup>a</sup> K<sup>a</sup> gignunt A O<sup>3</sup> S T μ 44 ipsa] praem. in J sint] om. A<sup>a</sup> B<sup>a</sup>,  
 sunt C T 45 at quae C<sup>a</sup> 46 °sita] ita A<sup>2</sup> M, ista S<sup>a</sup> E sicut] uelut F K  
 48 probandae A<sup>a</sup> B<sup>a</sup> C 49 °ea] eam O I nouerunt — iam om. K noue-  
 rant O P iam] praem. comperta uel P 50 et] exp. C<sup>2</sup> alia C<sup>2</sup> utique  
 sunt] sunt i quae (i exp. 2 m.) C sunt om. J nascibilia K quorum] praem.  
 his C<sup>2</sup> 52 et] exp., del. C<sup>2</sup> dicuntur J faciant C<sup>a</sup> 53 °fuit] fit I, om. R<sup>a</sup>  
 antequam etiam F<sup>a</sup> 53/54 noscerentur K 54 eique] ei quae C<sup>a</sup>, et quidem  
 S<sup>3</sup> 56 fuerit J 57 animo om. S ex] ea C<sup>a</sup> °his] ipsis J, is M, iis μ

discerentur sunt impressae in memoria et informatione cogitationis ad ea conuerso recordantis aspectu et ex uoluntate quae μ 956  
60 tertia duo ista coniungit.

Ea uero quae oriuntur in animo ubi non fuerunt sicut fides et cetera huiusmodi, etsi aduenticia uidentur cum doctrina inseruntur, non tamen foris posita uel foris peracta sunt sicut illa quae creduntur, sed intus omnino in ipso animo esse  
65 coeperunt. Fides enim non est quod creditur, sed qua creditur, et illud creditur, illa conspicitur. Tamen quia esse coepit in animo qui iam erat animus antequam in illo ista esse coepisset, aduenticium quiddam uidetur et in praeteritis habebitur quando succedente specie iam esse destiterit, aliamque nunc  
70 trinitatem facit per suam praesentiam, retenta, conspecta, dilecta; aliam tunc faciet per quoddam sui uestigium quod in memoria praeteriens dereliquerit sicut iam supra dictum est.

IX. [IX 12] Vtrum autem etiam tunc uirtutes quibus in hac mortalitate bene uiuitur quia et ipsae incipiunt esse in animo qui cum sine illis prius esset, tamen animus erat, desinant esse cum ad aeterna perduxerint nonnulla quaestio est. Quibusdam  
5 enim uisum est desituras, et de tribus quidem, prudentia, PL 1046  
fortitudine, temperantia cum hoc dicitur non nihil dici uide-  
tur. Iustitia uero immortalis est et magis tunc perficietur in nobis quam esse cessabit. De omnibus tamen quattuor *magnus auctor eloquentiae Tullius* in Hortensio dialogo disputans:  
10 *Si nobis, inquit, cum ex hac uita migrauerimus, in beatorum insulis immortale aeuum, ut fabulae ferunt, degere liceret, quid opus esset eloquentia, cum iudicia nulla fierent; aut ipsis etiam*

71/72 cf. XIV, IX, 46/47. 72 *supra*: XIII, XX.

IX. 5/8 cf. Cic., inu. II, LIII, 160; Aug., diu. quaest., xxxi, 1; epist. 169, II, 6. 8/9 Lucan., phars., VII, 62-63; cf. Aug., ciu. dei X, I (CC 47, 272, 58); XIV, xviii (CC 48, 441, 18/19); doct. christ. IV, 3, 4; 17, 34; epist. 143, 3; 258, 1. 10/20 Cic., hort., fragm. 50 (ed. Müller, p. 318-319).

Codd.: ABC NOS FJKPT (EILMR; def. V).

Test.: IX. 1 Vtrum — 5 et *Eug.*, p. 51, 20-21.

58 informatione] *praem.* ex C<sup>2</sup> 59 <sup>o</sup>eo M 61 Ea] *praem.* VII A, *praem.* VI B fuerint T<sup>a</sup> 63 inferuntur A<sup>a</sup> 66 et — conspicitur *om.* S et *om.* O illud] *add.* que O<sup>2</sup> 67 animus] animos C<sup>a</sup> <sup>o</sup>in illo *om.* L <sup>o</sup>ista] ita I 68 <sup>o</sup>quidam C M, quidem C<sup>2</sup>, quoddam I <sup>o</sup>uidebitur M 69 <sup>o</sup>aliam quae I 70 praesententiam C<sup>a</sup> <sup>o</sup>retenta] re tanta L 71 quiddam C<sup>2</sup> 72 memoriam C<sup>a</sup> <sup>o</sup>dereliquit C<sup>a</sup>, dereliquerat S<sup>3</sup>, derelinquerit I sicuti T.

IX. *om.* ABC 1 etiam tunc] ita S L *Eug.* (D G P T V v), tunc etiam *cell. codd.* μ etiam] autem (*exp.* 2 m.) C hanc C<sup>a</sup> 2 mortalitatem (in *alt. eras.*) C uiuetur C <sup>o</sup>ipsi R<sup>a</sup> 4 aeternam K 5 <sup>o</sup>de *om.* M<sup>a</sup> 6 dicatur C<sup>a</sup> 7 <sup>o</sup>perficietur N<sup>a</sup>, perficitur M 8 quam] cum N O K P T cessauit K<sup>a</sup>, cessauerit T 9 auctor] u *s.l.* T<sup>1</sup> hortensiu C, hortensii C<sup>2</sup> 10 migrassemus A S J K, emigrassemus C, migramus P, migraremus P<sup>2</sup>, emigrauerimus μ 11 aeuum C<sup>a</sup> degere] de re C<sup>a</sup>

*uirtutibus? Nec enim fortitudine egeremus, nullo proposito aut labore aut periculo; nec iustitia, cum esset nihil quod appeteretur*  
 15 *alieni; nec temperantia, quae regeret eas quae nullae essent libidines; nec prudentia quidem egeremus, nullo delectu proposito bonorum et malorum. Vna igitur essemus beati cognitione naturae et scientia, qua sola etiam deorum est uita laudanda. Ex quo intellegi potest, cetera necessitatis esse, unum hoc uolun-*  
 20 *tatis.*

Ita ille tantus orator cum philosophiam praedicaret recolens ea quae a philosophis acceperat et praeclare ac suauiter explicans in hac tantum uita quam uidemus aerumnis et erroribus plenam omnes quattuor necessarias dixit esse uirtu-  
 25 tes, nullam uero earum cum ex hac uita emigrabimus si liceat ibi uiuere ubi uiuitur beate, sed bonos animos sola beatos esse cognitione et scientia, hoc est contemplatione naturae in qua nihil est melius et amabilius ea natura quae creauit omnes ceteras instituitque naturas. Cui regenti esse subditum si  
 30 iustitiae est, immortalis est omnino iustitia nec in illa esse beatitudine desinet sed talis ac tanta erit ut perfectior et maior esse non possit.

Fortassis et aliae tres uirtutes, prudentia sine ullo iam periculo erroris, fortitudo sine molestia tolerandorum ma-  
 35 lorum, temperantia sine repugnatione libidinum erunt in illa felicitate ut prudentiae sit nullum bonum deo praeponere uel aequare, fortitudinis ei firmissime cohaerere, temperantiae nullo defectu noxio delectari. Nunc autem quod agit iustitia in subueniendo miseris, quod prudentia in praecauendis  
 40 insidiis, quod fortitudo in perferendis molestiis, quod temperantia in coercendis delectationibus prauis non ibi erit ubi

μ 957

23/29 Cic., hort., fragm. 50 (ed. Müller, p. 318-319).

Codd. : ABC NOS FJKPT (EILMR; def. V).

Test. : 26 bonos — 41 ubi *Eng.*, p. 51, 24-52, 10.

14 laborare (ra eras.) T appateretur T<sup>a</sup> 15 eas] *praem.* eos J <sup>o</sup>nulla I  
 16 libidinis K<sup>a</sup> <sup>o</sup>dilecto A<sup>a</sup> C, delicto S P<sup>a</sup> E, delictu R, dilectu R<sup>2</sup> 17 <sup>o</sup>esse  
 R, esset R<sup>2</sup> <sup>o</sup>cognitio R<sup>2</sup> 18 naturae] na/turae 1 lit. eras. C <sup>o</sup>quae L<sup>a</sup>,  
 queque M deorum etiam S J P, eorum etiam K 19 <sup>o</sup>cetera] *praem.* ne I<sup>a</sup>  
 unum] *praem.* hoc S<sup>a</sup> 21 Ita om. C oratur K<sup>a</sup> philosopham C<sup>a</sup>  
 praediceret C<sup>a</sup> <sup>o</sup>recolens] *praem.* et L<sup>a</sup> 22 praeclare] praedicare T sua-  
 uiter] subiter K 23 <sup>o</sup>uitam R 24 <sup>o</sup>erroribus] laboribus E <sup>o</sup>plena M  
 25 emigrauimus C<sup>a</sup> K<sup>a</sup>, migrabimus O S P, emigrauerimus T μ 26 uiuetur  
 C<sup>a</sup> boni animi A<sup>a</sup> 27 naturae] paturae T<sup>a</sup> in om. A<sup>a</sup> B<sup>a</sup> P<sup>a</sup> μ 28 nil  
 A <sup>o</sup>ea] *add.* est μ 29 si om. T 30 iustitia A, i. r. N<sup>2</sup>, S F *Eng.* (D G P T V v)  
 immortalis] *praem.* et N<sup>2</sup> <sup>o</sup>in om. M 31 desinit K 34 molestia] *praem.*  
 ulla T 36 prudentia C sit] est S<sup>a</sup> 38 ait A<sup>a</sup> 40 praefereendis K 41  
 coherendis K<sup>a</sup> dilectationibus C non om. C erit] *ita* A B C F J K P T  
*Eng.* (D G P T V v) μ, *add.* omnino N O S

nihil omnino mali erit. Ac per hoc ista uirtutum opera quae huic mortali uitae sunt necessaria sicut fides ad quam referenda sunt in praeteritis habebuntur, et aliam nunc faciunt trinitatem, cum ea praesentia tenemus, aspiciamus, amamus; aliam tunc factura sunt cum ea non esse sed fuisse per quaedam eorum uestigia quae praetereundo in memoria derelinquent reperiemus, quia et tunc trinitas erit cum illud quaecumque uestigium et memoriter retinebitur et agnoscetur ueraciter et hoc utrumque tertia uoluntate iungetur.

x. [X 13] In omnium istarum quas commemorauimus temporalium rerum scientia quaedam cognoscibilia cognitionem interpositione temporis antecedunt sicut sunt ea sensibilia quae iam erant in rebus antequam cognoscerentur uel ea omnia quae per historiam cognoscuntur; quaedam uero simul esse incipiunt uelut si aliquid uisibile quod omnino non erat ante nostros oculos oriatur, cognitionem nostram utique non praecedit, aut si aliquid sonet ubi adest auditor, simul profecto incipiunt esse simulque desinunt et sonus et eius auditus. Verumtamen siue tempore praecedentia siue simul esse incipientia cognoscibilia cognitionem gignunt, non cognitione gignuntur. Cognitione uero facta cum ea quae cognouimus posita in memoria recordatione reuisuntur, quis non uideat priorem esse tempore in memoria retentionem

PL 1047

46/47 cf. XIV, VIII, 71/72.

x. 1/2 cf. Chrysipp., fragm. 35; Cic., fin. bon. mal. II, XII, 37; off. I, XLIII, 153; II, II, 5; tusc. IV, XXVI, 57; V, III, 7; de or. I, XLIX, 212; Philo, congr. erud. grat. (14), 79; Sen., epist. 89, 4; Ps.-Plut., Aet., plac. phil. I, prooem., 2; Galen., hist. phil., 5; Sext. Emp., c. mathem. IX, 13.125; Orig., c. cels. III, 72; in ierem. hom. VIII [V interpr. Hieron.], 2; Clem. Alex., paedag. II, II, 25, 3; strom. I, v, 30, 1; VI, 35, 3; IV, XXVI, 163, 4; VI, XVI, 133, 5; XVII, 160, 2; VII, XII, 70, 5; Lact., diu. inst. III, 13, 10 [ex Cic., off. II, II, 5]; epit., [26] 31, 2; Hieron., ephes., I, 1, 9; Aug., c. acad. I, VI, 16.18; VIII, 23; supra IV, prooem., 1; XIV, I, 48 sqq.

Codd.: ABC NOS FJKPT (EILMR: def. V).

Test.: 42 nihil — 50 iungetur Eng., p. 52, 10-19.

42 °omnino nihil Eng. V 43 ad quam] aquam K<sup>a</sup> 45 alia J 46 °futura R<sup>a</sup> °per] semper I 47 praetendo S, praetendendo (corr. 3 m.) S<sup>2</sup>, praeterendo K<sup>a</sup>, praeteriendo T derelinguente K 48 reperrimus C<sup>a</sup> T Eng. V °et] ut Eng. V 49 et pr. — ueraciter om. C °agnoscitur K, cognoscetur R<sup>a</sup>.

x.] VIII A C, VII B 1 omnium] omni uero T quas om. A<sup>a</sup> commemorabimus K<sup>a</sup> 2 cognitione N 4 cognosceretur S<sup>a</sup> uel ea] ualea T<sup>a</sup> 7 °oculos nostros R °oculos] praem. sicut fulgur C<sup>3</sup> 9 simul quae C<sup>a</sup> 13 cognoscimus A C °reuisuntur L<sup>a</sup> R 14 tempore] add. tam T in memoria om. B<sup>a</sup> memoriam (m tert. eras.) S

15 quam in recordatione uisionem et huius utriusque tertia uoluntate iunctionem ? Porro autem in mente non sic est ; neque enim aduenticia sibi ipsa est quasi ad se ipsam quae iam erat uenerit aliunde eadem ipsa quae non erat, aut non aliunde uenerit sed in se ipsa quae iam erat nata sit ea ipsa quae non  
 20 erat sicut in mente quae iam erat oritur fides quae non erat, aut post cognitionem sui recordando se ipsam uelut in memoria sua constitutam uidet quasi non ibi fuerit antequam se ipsam cognosceret, cum profecto ex quo esse coepit, numquam sui meminisse, numquam se intellegere, numquam se amare  
 25 destiterit sicut iam ostendimus. Ac per hoc quando ad se ipsam cogitatione conuertitur fit trinitas in qua iam et uerbum possit intellegi. Formatur quippe ex ipsa cogitatione, uoluntate utrumque iungente. Ibi ergo magis agnoscenda est imago quam quaerimus.

XI. [XI 14] Sed dicit aliquis : 'Non est ista memoria qua mens sui meminisse perhibetur quae sibi semper est praesens ; memoria enim praeteritorum est non praesentium.' Nam quidam cum de uirtutibus agerent in quibus est etiam Tullius in  
 5 tria ista prudentiam diuiserunt, memoriam, intellegentiam, prouidentiam, memoriam scilicet praeteritis, intellegentiam praesentibus, prouidentiam rebus tribuentes futuris quam non

23/24 cf. X, XII, 9/12 ; XIV, VI, 55/57 ; VII, 16.22/23.44/45 ; VIII, 14/16 ; XII, 1/4.

XI. 3.15 memoria ... praeteritorum est, non praesentium : cf. XIV, XI, 15. 4/7.12/13 cf. Cic., inu. II, LIII, 160 ; Aug., diu. quaest., xxxi, 1 ; epist. 169, II, 6 ; supra X, XI, 3.17/18.29 ; XIV, VI, 52/54 ; VII, 51/52 ; infra XV, VII, 25.87/113.

Codd. : ABC NOS FJKPT (EILMR ; def. V).

15 utrius quae C<sup>a</sup> 16 iunctionem T<sup>a</sup> 17 °est] add. et R °ipsam] ipsa E M °iam] non I 18 uenerit] praem. aut P eandem T<sup>a</sup> ipsa om. J<sup>a</sup> non pr.] iam B aliunde] alia alibi T 20 °sicut] add. in ipso homine quae non erant oriuntur aut aliis docentibus aut cogitationibus propriis sicut fides sicut uirtutes sicut i. mg. A<sup>2</sup>, L °mente] men T<sup>a</sup>, mentem M 21 aut] a eras. C ipsam] add. cognitionem sui T uelut] uel P 22 uideat S<sup>3</sup> °fuit M ipsa C S T 23 quo esse] coesse C<sup>a</sup> coepit] accepit A<sup>a</sup> nonquam F 24 se alt. om. J 25 sicuti T per] pr C<sup>a</sup> 26 cognitione A B<sup>a</sup> P<sup>a</sup> T conuertitur] add. hoc quando K 27 posset O K<sup>a</sup> intelligit (t alt. exp.) T cogitatione] ne eras. N, cognitio A B, cognitione B<sup>2</sup> T, cogitatio C F J 28 Ibi] praem. et S cognoscenda P.

XI.] VIII A C, VIII B 1 dicit C, dicit C<sup>2</sup> T 2 perhibetur C<sup>a</sup> °est] esse R<sup>a</sup> 3 memoria — praesentium] s.l. et i. mg. A<sup>1</sup> memoria enim] memoriae (corr. 2 m.) nisi C presenstium C<sup>a</sup> 3/4 °quidem L<sup>a</sup> 4 agirint C<sup>a</sup> in quibus est om. J 5 diuiserunt C

habent certam nisi praescii futurorum, quod non est munus  
hominum nisi detur desuper, ut prophetis. Vnde scriptura sa-  
10 pientiae de hominibus agens : *Cogitationes, inquit, mortalium*  
*timidae, et incertae providentiae nostrae.*

μ 958

Memoria uero de praeteritis et intellegentia de praesentibus  
certa est (sed praesentibus utique incorporalibus rebus, nam  
corporales corporalium praesentes sunt aspectibus oculorum).  
15 Sed qui dicit memoriam non esse praesentium attendat  
quemadmodum dictum sit in ipsis saecularibus litteris ubi  
maioris curae fuit uerborum integritas quam ueritas rerum :

*nec talia passus Vlixes,  
Oblitusue sui est Ithacus discrimine tanto.*

20 Vergilius enim cum sui non oblitum diceret Vlixem, quid PL 1048  
aliud intellegi uoluit nisi quod meminerit sui ? Cum sibi ergo  
praesens esset, nullo modo sui meminisset nisi et ad res  
praesentes memoria pertineret. Quapropter sicut in rebus  
praeteritis ea memoria dicitur qua fit ut ualeant recoli et  
25 recordari, sic in re praesenti quod sibi est mens memoria sine  
absurditate dicenda est qua sibi praesto est ut sua cogitatione  
possit intellegi et utrumque sui amore coniungi.

XII. [XII 15] Haec igitur trinitas mentis non propterea dei est  
imago quia sui meminit mens et intellegit ac diligit se, sed  
quia potest etiam meminisse et intellegere et amare a quo

10/11 Sap. 9, 14. 12/13 uide ad XIV, XI, 4/7. 15 uide ad XIV, XI, 3.  
18/19 Verg., aen. III, 628-629.

XII. 1/4 cf. X, XII, 9/12 ; XIV, VI, 55/57 ; VII, 16.22/23.44/45 ; VIII, 14/16 ;  
X, 23/24 ; XII, 43/44 ; XIV, 6/7.44.53/54.

Codd. : ABC NOS FJKPT (EILMR ; def. V).

8 °praescii] praesentii R °quo R 9 hominis J<sup>a</sup> desuper detur J<sup>a</sup> 9/10  
sapiientiae] *praem.* sapientia *del.* J 10 aiens A<sup>2</sup> B μ cogitationis C<sup>a</sup> 11  
°nostrae *om.* R<sup>a</sup> 12 memoriae C<sup>a</sup> et *om.* C 13 praesentibus] *praem.* in T  
utiquae C<sup>a</sup> corporalibus A B 14 praesente C<sup>a</sup> T<sup>a</sup> adspectibus K  
15 quid C<sup>a</sup> 16 saecularibus C<sup>a</sup> 17 °fuit curae μ ueritas C<sup>a</sup> 18 °Vlys-  
ses μ 19 °oblitus R Ithacus] *it/acu/s 2 litt. eras. C, itacus N<sup>a</sup>, tactus S,*  
tactus S<sup>2</sup>, itachus F K *discrimine K 20 non] s.l. P<sup>1</sup> °dicere R<sup>a</sup>*  
°ulixen J K, Vlysem μ quidquid J 21 quo S<sup>a</sup> memineri C<sup>a</sup>, memine-  
rat F J K P T °ergo sibi μ 22 esse K et *om.* P μ 23 °pertineat M  
24 °quae I<sup>a</sup> M °fuit R<sup>a</sup> ualeant] *n s.l. P<sup>1</sup> 25 re om. A<sup>a</sup> B<sup>a</sup> C N T me-*  
memoriam (*m tert. eras.*) S °sine] absque E 26 quae K 26/27 °possit  
cogitatione L 27 coniungit B C J.

XII.] x A C, ix B 1/2 imago dei est N O S imago est T 2 quia] qua O  
3 etiam] *add.* eius N<sup>2</sup> et *pr. om.* K a] *s.l.* C<sup>1</sup>

facta est. Quod cum facit sapiens ipsa fit. Si autem non facit,  
 5 etiam cum sui meminit seque intellegit ac diligit, stulta est.  
 Meminerit itaque dei sui *ad* cuius *imaginem* facta est eumque  
 intellegat atque diligit. Quod ut breuius dicam, colat deum  
 non factum cuius ab eo capax facta est et cuius esse particeps  
 potest ; propter quod scriptum est : *Ecce dei cultus est sapien-*  
 10 *tia*, et non sua luce sed summae illius lucis participatione  
 sapiens erit, atque ubi aeterna, ibi beata regnabit. Sic enim  
 dicitur ista hominis sapientia ut etiam dei sit. Tunc enim  
 uera est ; nam si humana est, uana est. Verum non ita dei  
 qua sapiens est deus ; neque enim participatione sui sapiens est  
 15 sicut mens participatione dei. Sed quemadmodum dicitur  
 etiam iustitia dei non solum illa qua ipse iustus est sed quam  
 dat homini cum iustificat impium, quam commendans aposto-  
 lus ait de quibusdam : *Ignorantes enim dei iustitiam et suam*  
*iustitiam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti*, sic  
 20 enim dici etiam de quibusdam potest : 'Ignorantes dei sapien-  
 tiam et suam uolentes constituere sapientiae dei non sunt  
 subiecti.'

[16] Est igitur natura non facta quae fecit omnes ceteras  
 magnas paruasque naturas eis quas fecit sine dubitatione  
 25 praestantior, ac per hoc hac etiam de qua loquimur rationali  
 et intellectuali quae hominis mens est ad eius qui eam fecit  
 imaginem facta. Illa autem ceteris natura praestantior deus  
 est, et quidem *non longe positus ab unoquoque nostrum* sicut  
 apostolus dicit adiungens : *In illo enim uiuimus et mouemur et*  
 30 *sumus*. Quod si secundum corpus diceret, etiam de isto cor-

6 Gen. 1, 26.27 ; 5, \*1 ; 9, 6 ; Sap. 2, 23 ; Eccli. 17, \*1. 9/10 Iob 28, \*28.  
 17 Rom. 4, 5. 18/19.20/22 Rom. 10, \*3. 28 Act. 17, \*27. 29/30 Act.  
 17, \*28.

Codd. : ABC NOS FJKPT (EILMR ; def. V).

4 facit] fit T 5 °sesequē L μ ac diligit om. S est] erit T 7 atque]  
 ac S 8 factum] facturam S<sup>3</sup> °est facta μ cuius alt.] uius C<sup>a</sup> particeps  
 esse T μ 11 °ubi om. M<sup>a</sup> °beata om. M 12 dicitur] praem. sic T °ista]  
 ita R enim] add. etiam C<sup>a</sup> 13 est pr.] sit C uana] uere C, una P<sup>a</sup> 14  
 sapiens est] sapientia C<sup>2</sup> deus est P est pr. om. J 15 mentis T par-  
 ticipatione] participationem C<sup>a</sup>, praem. participatio T 16 quam] quem T<sup>a</sup> 17  
 mendans K<sup>a</sup> 18 °enim] autem L 19 iustitiam om. A J 19/22 sic — sub-  
 iecti om. S 20 °enim] eras. N, om. μ °etiam dici potest de quibusdam μ  
 dico (o i. r.) T Ignorantes] add. enim J 24 paruas quae C<sup>a</sup> 25  
 hac om. S<sup>a</sup> J °de qua] unde I 26 mens hominis P eam] eum S K T  
 fecit om. A 27 °factam I<sup>a</sup> ceteris] praem. prae J natura] maturis T  
 27/28 est deus F<sup>a</sup> 28 et quidem] t eras. B, equidem N O J positus] po/situs  
 I lit. eras. A, posita T °nostro A<sup>2</sup> L<sup>a</sup>, nostrorum R 29 apostolos C<sup>a</sup>  
 30 °si] sic R

poreo mundo posset intellegi. Nam et in illo secundum corpus uiuimus et mouemur et sumus. Vnde secundum mentem quae facta est ad eius imaginem debet hoc accipi excellentiore quodam eodemque non uisibili sed intellegibili modo. Nam  
 35 quid non est in ipso de quo diuine scriptum est : *Quoniam* μ 959  
*ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia* ? Proinde si in ipso sunt omnia, in quo tandem possunt uiuere quae uiuunt et moueri quae mouentur nisi in quo sunt ? Non tamen omnes cum illo sunt eo modo quo ei dictum est : *Ego semper tecum*, nec PL 1049  
 40 ipse cum omnibus eo modo quo dicimus : 'Dominus uobiscum.' Magna itaque hominis miseria est cum illo non esse sine quo non potest esse. In quo enim est procul dubio sine illo non est, et tamen si eius non meminit eumque non intellegit neque diligit, cum illo non est. Quod autem quisque penitus obliuiscitur nec commoneri eius utique potest.

XIII. [XIII 17] De uisibilibus rebus ad hanc rem sumamus exemplum. Dicit tibi quispiam quem non recognoscis : 'Nosti me,' et ut commoneat dicit ubi, quando, quomodo tibi innotuerit. Omnibusque adhibitis signis quibus in memoriam reuoceras  
 5 si non recognoscis, ita iam oblitus es ut omnis illa notitia penitus deleta sit animo, nihilque aliud restet nisi aut credas ei qui tibi hoc dicit quod aliquando eum noueras, aut ne hoc quidem si fide dignus tibi esse qui loquitur non uideatur. Si autem reminisceris, profecto redis in memoriam tuam et in  
 10 ea inuenis quod non fuerat penitus obliuione deletum.

Redeamus ad illud propter quod adhibuimus humanae

31/32 Act. 17, \*28. 35/36 Rom. 11, 36. 36/37 Rom. 11, 36. 37/38 Act. 17, 28. 39 Ps. 72, 23. 40 ordo missae ; Ruth 2, 4. 43/44 cf. XIV, XII, 1/4.

Codd. : ABC NOS FJKPT (EILMR ; def. V).

Test. : 41 Magna — 44 est *Prosp.*, sent. LXIII (PL 51, 436).

31 °possit R °in om. I 32 et pr. om. C μ mouimur C<sup>a</sup> 33 °imaginem eius L °accipi R 34 eodem quae C<sup>a</sup> °inuisibili L 36 in ipso et per ipso (ipsum 2 m.) K ipso sunt] ipsunt T<sup>a</sup> 36/37 Proinde — omnia om. T<sup>a</sup> 38 °moueri] mori R<sup>a</sup> °mouentur] moriuntur R °in om. M<sup>a</sup> 39 quod C<sup>a</sup> ei] ita A<sup>2</sup> O J K T μ, om. *best. codd.* 40 ipsa A<sup>a</sup> nobiscum T 41 °itaque] ita quae C<sup>a</sup>, om. *Prosp.* 42 °procul] sine *Prosp.* 43 °non pr. om. M<sup>a</sup> °eumque om. I °neque] nec μ 44 °illo] eo *Prosp. ed.* autem] enim T 45 commemorari T.

XIII.] XI AC, XB 1 °inuisibilibus (*del. 2 m.*) A, L<sup>a</sup> °rebus om. I summamus C<sup>a</sup> 3 °aliquando L 4 omnibus quae C<sup>a</sup> °signis om. I<sup>a</sup> 5 ita// 2 *litt. eras.* T 6 penetus (*e all. ad i per ras.*) K delita C<sup>a</sup> restat B<sup>2</sup> P μ aut] ut S T μ 7 dicit tibi hoc F K hoc tibi P<sup>2</sup> tibi om. P 8 tibi dignus N O P 11 quod] *add.* hoc J

conuersationis exemplum. Inter cetera psalmus nonus : *Conuertantur, inquit, peccatores in infernum, omnes gentes quae obliuiscuntur deum.* Porro autem uicesimus primus : *Commemorabuntur, inquit, et conuertentur ad dominum uniuersi fines terrae.* Non igitur sic erant oblitae istae gentes deum ut eius nec commemoratae recordarentur. Obliuiscendo autem deum tamquam obliuiscendo uitam suam conuersae fuerant in mortem, hoc est in infernum. Commemoratae uero conuertuntur ad dominum tamquam reuiuiscendo reminiscendo uitam cuius eas habebat obliuio. Item legitur in nonagesimo tertio : *Intellegite nunc qui insipientes estis in populo, et stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet?*, et cetera. Eis enim dictum est qui deum non intellegendo de illo uana dixerunt.

XIV. [XIV 18] De dilectione autem dei plura reperiuntur in diuinis eloquiis testimonia. Ibi enim et illa duo consequenter intelleguntur quia nemo diligit cuius non meminit et quod penitus nescit. Vnde illud est notissimum praecipuumque praeceptum : *Diliges dominum deum tuum.* Sic itaque condita est mens humana ut numquam sui non meminerit, numquam se non intellegat, numquam se non diligat. Sed quoniam qui odit aliquem nocere illi studet, non immerito et mens hominis quando sibi nocet odisse se dicitur. Nesciens enim sibi uult male dum non putat sibi obesse quod uult, sed tamen male sibi uult quando id uult quod obsit sibi, unde illud scriptum est : *Qui diligit iniquitatem odit animam suam.* Qui ergo se diligere nouit deum diligit ; qui uero non diligit deum etiam

XIII. 12/14 Ps. 9, 18. 14/16 Ps. 21, \*28. 21/23 Ps. 93, \*8-9.

XIV. 4/5 Matth. 22, \*38. 5 Deut. 6, 5 ; Matth. 22, 37 ; Marc. 12, 30 ; Luc. 10, 27. 6/7 cf. XIV, XII, 1/4. 12 Ps. 10, 6. 12/13 cf. Porph., sent., 40, 5-6 (uide J. Pépin, a.c., p. 103-104).

Codd. : ABC NOS FJKPT (EILMR ; def. V).

12 Inter] s.l. A<sup>1</sup> cetera] praem. et J nouus T 13/14 omnes — deum] et cetera P 14 °deum] dominum M uicemus S<sup>a</sup>, uicensimus K primus] ita O μ, praem. et cett. codd. 15 finis C<sup>a</sup> 20 dominum] deum J P uitam] add. suam F J μ 21 nonagesimo K tertio] ita B P μ, praem. et cett. codd., add. psalmo J 22 qui om. T estis om. T 24 deum] dominum K dixerunt] bis, pr. exp. J.

XIV. om. ABC 1 dilectionem C<sup>a</sup> 3 non om. T<sup>a</sup> °quod om. R 4 est illud P praecipuum A<sup>a</sup> 5 °diligis M R 6 humana mens S 7 se non pr.] non se K se non alt.] non se O K 8 studit C<sup>a</sup> 10 obesse] hodie C<sup>a</sup> 10/11 uult male sibi N 12/13 diligere se NO 13 diligere] dilige S<sup>a</sup> deum pr.] dominum T

si se diligit, quod ei naturaliter inditum est, tamen non in-  
 15 conuenienter odisse se dicitur cum id agit quod sibi aduersatur  
 et se ipsum tamquam suus inimicus insequitur. Qui profecto  
 est error horrendus ut cum sibi omnes prodesse uelint, multi  
 non faciant nisi quod eis perniciosissimum sit. Similem mor-  
 bum mutorum animalium cum poeta describeret :

μ 960

20 *Dii, inquit, meliora piis, erroremque hostibus illum !  
 Discissos nudis laniabant dentibus artus.*

Cum morbus ille corporis fuerit, cur dixit errorem nisi quia  
 omne animal cum sibi natura conciliatum sit ut se custodiat  
 quantum potest, talis ille erat morbus ut ea quorum salutem  
 25 appetebant sua membra laniarent ?

Cum autem deum diligit mens et sicut dictum est con-  
 sequenter eius meminit eumque intellegit, recte illi de proximo  
 suo praecipitur ut eum sicut se diligit. Iam enim se non per-  
 uerse sed recte diligit cum deum diligit cuius participatione  
 30 imago illa non solum est, uerum etiam ex uetustate renouatur,  
 ex deformitate reformatur, ex infelicitate beatificatur. Quam-  
 uis enim se ita diligit ut si alterutrum proponatur, malit  
 omnia quae infra se diligit perdere quam perire, tamen su-  
 periorem deserendo ad quem solum posset custodire fortitu-  
 35 dinem suam eoque frui lumine suo, cui canitur in psalmo :  
*Fortitudinem meam ad te custodiam*, et in alio : *Accedite ad  
 eum et inluminamini*, sic infirma et tenebrosa facta est ut a se  
 quoque ipsa in ea quae non sunt quod ipsa et quibus superior  
 est ipsa infelicius laberetur per amores quos non ualet uincere  
 40 et errores a quibus non uidet qua redire. Vnde iam deo mise-

20/21 Verg., georg. III, 513-514. 22/25 Cic., fin. bon. mal. III, v, 16 ; cf. Cic.,  
 fin. bon. mal. III, XIX, 63-64. 36 Ps. 58, 10. 36/37 Ps. 33, 6.

Codd. : ABC NOS FJKPT (EILMR ; def. V).

14 indictum J 15 se om. S <sup>o</sup>ait L<sup>a</sup> quo A<sup>2</sup> C 16 <sup>o</sup>et se] esse R 17  
 est om. N <sup>o</sup>uellent R 18 <sup>o</sup>faciunt M perneciocissimum C<sup>2</sup> 19 poeta  
 describeret] poet/ ad scriberet I lit. eras. C<sup>a</sup> 20 <sup>o</sup>Dii] di L, si M, de R, da R<sup>2</sup>  
 errorem quae C<sup>a</sup> ostibus C P 21 dicissos C<sup>a</sup> nudi N O<sup>a</sup> K 23  
 costodiat C<sup>a</sup> K<sup>a</sup> 24 <sup>o</sup>illi R, illis R<sup>2</sup> 26 diligit mens deum F, diligit deum  
 mens K est om. P 28 <sup>o</sup>sicuti L 28/29 <sup>o</sup>diligit peruerse sed recte μ 30  
 solum] add. illa C 31 reformator C<sup>a</sup> infidelitate T 32 ita om. C si]  
 se K praeponatur S<sup>a</sup> mallit C<sup>a</sup> 34 solom (corr. 1 m.) T possit A<sup>a</sup> J  
 35 eo quae C<sup>a</sup> 36 <sup>o</sup>in om. I 37 illimini J<sup>a</sup> 38 quibus] praem. in A, eras.  
 B, C P 40 <sup>o</sup>terrores R uidit C<sup>a</sup> rediret S <sup>o</sup>deco om. I<sup>a</sup>

rante poenitens clamat in psalmis : *Deseruit me fortitudo mea et lumen oculorum meorum non est mecum.*

[19] Non tamen in his tantis infirmitatis et erroris malis amittere potuit naturalem memoriam, intellectum et amorem  
 45 sui. Propter quod merito dici potuit quod supra commemoravi :  
*Quamquam in imagine ambulat homo, tamen uane conturbatur. Thesaurizat et nescit cui congregabit ea.* Cur enim *thesaurizat* nisi quia fortitudo eius deseruit eum per quam deum habens rei nullius indigeret ? Et cur *nescit cui congregabit ea* nisi quia  
 50 lumen oculorum eius non est cum eo ? Et ideo non uidet quod ueritas ait : *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt abs te. Haec quae praeparasti cuius erunt ?* Verumtamen quia etiam talis in imagine ambulat homo, et habet memoriam et intellectum et amorem sui hominis mens, si ei manifestaretur quod utrum-  
 55 que habere non posset et unum e duobus permetteretur eligere alterum perditurus, aut thesauros quos congregauit aut mentem, quis usque adeo non habet mentem ut thesauros mallet habere quam mentem ? Thesauri enim possunt mentem plerumque subuertere, et mens quae thesauris non subuertitur  
 60 sine ullis thesauris facilius et expeditius potest uiuere. Quis uero ullos thesauros nisi per mentem poterit possidere ? Si enim puer infans quamuis ditissimus natus, cum sit dominus omnium quae iure sunt eius, nihil possidet mente sopita, quonam tandem modo quisquam quidquam mente possidebit  
 65 amissa ? Sed de thesauris quid loquor quod eius quilibet homi-

PL 1051

41/42 Ps. 37, \*11. 44.53/54 cf. XIV, XII, 1/4. 45 supra : XIV, IV, 14/16.  
 46/47 Ps. 38, \*7. 47 Ps. 38, 7. 48 Ps. 37, 11. 49 Ps. 38, \*7. 50 Ps.  
 37, 11. 51/52 Luc. 12, \*20.

Codd. : ABC NOS FJKPT (EILMR ; def. V).

41 penitus S<sup>a</sup> 42 omeorum om. R 43 tamen] sane A C S F<sup>2</sup> J P T, sane tamen F infirmitatibus A<sup>a</sup> S erroribus S 44 oamoris I 45 o supra] superius O E L 46 imagine] imaginem (m alt. eras.) S, K ; add. dei A<sup>2</sup> N O S P oambulet A<sup>2</sup> P, perambulet T, perambulat M 47 nescit] ignorat S congregabit] bi eras. B, congregat N O P, congregauit K, congregat T enim] ergo J 48 deserit K<sup>a</sup> quam] quem J 49 ocongregabat C<sup>a</sup>, congregat P, congregat T, congregauit L 50 oeius om. L<sup>a</sup> 51 stultae C<sup>a</sup> ac F J K repetunt animam tuam T petunt O<sup>a</sup> S Haec om. K 52 parasti N O Verumtamen] praem. XII A C, praem. XI B 53 imagine] imaginem (m alt. eras.) dei S et alt. om. T 55 e] ex S permittetur C<sup>a</sup> elegere K<sup>a</sup> 56 haesauros N ocongregabit I M 57 ohaberet S<sup>3</sup> I o mallit R, malit R<sup>2</sup> 58 enim] autem K mentem possunt A μ 59 oet] at μ onon thesauris μ 60 theauris S<sup>a</sup> expertius S o uidere E 61 o illos L M<sup>2</sup> poteret C<sup>a</sup> opossideri R 62 diuitissimus K 63 homnum C<sup>a</sup> o quae] add. in R iurae C<sup>a</sup> osopita mente L 64 quonam] quo A S tandem] tanto C quidquam om. K 65 oloquar S P<sup>2</sup>, loquitur M eius] cis O S μ quilibit C<sup>a</sup>

num si talis optio proponatur mauult carere quam mente cum  
 eos nemo praeponat, nemo comparet luminibus corporis qui-  
 bus non aurum rarus quisque homo sed omnis homo possidet  
 caelum ? Per lumina enim corporis quisque possidet quidquid  
 70 libenter uidet. Quis ergo si tenere utrumque non possit et  
 alterutrum cogatur amittere, non thesauros quam oculos  
 malit ? Et tamen si ab eo simili conditione quaeratur utrum  
 oculos malit amittere an mentem, quis mente non uideat eum  
 75 humana est ; oculi autem carnis sine mente belluini sunt. Quis  
 porro non hominem se malit esse etiam carne caecum quam  
 belluam uidentem ?

[20] Haec dixi ut etiam tardiores quamuis breuiter com-  
 monerentur a me in quorum oculos uel aures hae litterae  
 80 uenerint quantum mens diligit se ipsam etiam infirma et er-  
 rans male diligendo atque sectando quae sunt infra ipsam.  
 Diligere porro se ipsam non posset si se omnino nesciret, id est  
 si sui non meminisset nec se intellexeret. Qua in se imagine  
 dei tam potens est ut ei cuius imago est ualeat inhaerere. Sic  
 85 enim ordinata est naturarum ordine non locorum ut supra  
 illam non sit nisi ille. Denique cum illi penitus adhaeserit, unus  
 erit spiritus, cui rei attestatur apostolus dicens : *Qui autem*  
*adhaeret domino unus spiritus est*, accedente quidem ista ad  
 participationem naturae, ueritatis et beatitudinis illius, non  
 90 tamen crescente illo in natura, ueritate et beatitudine sua.  
 In illa itaque natura cum feliciter adhaeserit immutabile

---

87/88 I Cor. 6, 17.

---

Codd. : ABC NOS FJKPT (EILMR ; def. V).

Test. : 84 Sic — 91 immutabile Beda, f. 50-50v.

---

66 proponatur C carere] add. thesauris K ; perdere T 68 non] add. ut  $\mu$   
 aurum rarus] auarus T aurum] add. nisi C<sup>2</sup> rarus] om. S, rarum S<sup>3</sup>  
 69 lumen T 70 liberter C uidit S<sup>a</sup> 71 alterum T cogitatur C<sup>a</sup>  
 oculos] add. perdere N<sup>2</sup> 72 simile C<sup>a</sup> 74 oculos] oculus K<sup>a</sup> malle]  
 uelle T ; add. amittere A<sup>3</sup> oculis] oculis K<sup>a</sup> T<sup>a</sup> 75 belluini] luminis S 77  
 belluam] b superscr. K<sup>2</sup> 78 Haec] praem. XIII A C, praem. XII B tardioris C<sup>a</sup>  
 78/79 commemorentur P 79 auris K<sup>a</sup> 80 peruenerint A C F P quan-  
 tum] praem. quantumuis infirma S ipsa S K infirmam S<sup>a</sup> 81 ipsa S<sup>a</sup>  
 82 diligeret S<sup>a</sup> ipsa S 83 si om. J T ose pr. om. R Qua in] quam  
 S, quia in S<sup>2</sup>, qua (in om.) T<sup>a</sup> imaginem S<sup>a</sup> 85 enim om. Beda est] add.  
 mens Beda super Beda 86 illam] illa O nise C<sup>a</sup> ille] deus Beda  
 illi] illae C<sup>a</sup> inhaeserit J 86/87 unus erit om. S<sup>a</sup> 87 spiritus erit I<sup>7</sup>  
 rei attestatur] regatur testatur C apostolos C<sup>a</sup> 88 deo P ista] ipsa  
 I<sup>7</sup> P 89 et] om. B<sup>a</sup> J K P T Beda ; hac C, ac C<sup>2</sup> 90 illa A<sup>a</sup> B ueritatis I  
 et om. Beda 91 itaque] ita quae C<sup>a</sup>, utique J cum] cui S F Beda immuta-  
 bile] praem. immutabiliter uiuit et J, praem. immutabiliter uiuet et  $\mu$

uidebit omne quod uiderit. Tunc sicut ei diuina scriptura promittit satiabitur in bonis desiderium eius, bonis immutabilibus, ipsa trinitate deo suo cuius imago est, et ne uspiam  
 95 deinceps uioletur erit in abscondito uultus eius tanta ubertate eius impleta ut eam numquam peccare delectet.

xv. Se ipsam uero nunc quando uidet non aliquid immutabile uidet. [XV 21] Quod ideo certe non dubitat quoniam misera est et beata esse desiderat, nec ob aliud fieri sperat hoc posse nisi quia est mutabilis. Nam si mutabilis non esset, sicut ex  
 5 beata misera sic ex misera beata esse non posset. Et quid eam fecisset miseram sub omnipotente et bono domino nisi peccatum suum et iustitia domini sui? Et quid eam faciet beatam nisi meritum suum et praemium domini sui? Sed et meritum PL 1052 eius gratia est illius cuius praemium erit beatitudo eius.  
 10 Iustitiam quippe sibi dare non potest quam perditam non habet. Hanc enim cum homo conderetur accepit et peccando utique perdidit. Accipit ergo iustitiam propter quam beatitudinem accipere mereatur. Vnde ueraciter ei dicitur ab apostolo quasi de suo bono superbire incipienti: *Quid enim habes*  
 15 *quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?*

Quando autem bene recordatur domini sui spiritu eius accepto, sentit omnino quia hoc discit intimo magisterio, non nisi eius gratuito effectum posse se surgere, non nisi suo  
 20 uoluntario defectu cadere potuisse. Non sane reminiscitur beatitudinis suae. Fuit quippe illa et non est, eiusque ista penitus oblita est, ideoque nec commemorari potest. Credit

93 Ps. 102, 5. 95 Ps. 30, \*21.

xv. 8/9 cf. Aug., spir. et litt., xxiv, 39 (PL 44, 223); Rom. 3, 23-24. 14/16  
 I Cor. 4, \*7.

Codd.: ABC NOS FJKPT (EILMR; def. V).

Test.: 92 uidebit — 96 delectet Beda, f. 50v.

92 uiderit] *add.* immutabile J ei] eis A<sup>a</sup>, et Beda deuina C<sup>a</sup> 94 suo] sub C cuius] *add.* naturae C<sup>2</sup> immago C<sup>a</sup> et] *praem.* xv S P 95 abscondito] abdito A C 96 delectet] derelictet C<sup>a</sup>, delectetur N, dilectat K, delectat K<sup>2</sup>.

xv. *om.* ABCSP 2 °dubitet I 4 quia] qui K<sup>a</sup> 5 possit K 6 domino] deo J K 8 et *alt. om.* S 9 °cius *om.* R 10 dare sibi ABC μ quam] cum T °non *alt.*] *exp.* C<sup>2</sup>, *praem.* iam S<sup>3</sup>, *om.* E 11 peccando S<sup>a</sup>, peccato K<sup>a</sup> 12 perdidit C<sup>a</sup> accepit S F K P T 13 mereretur S, meratur J<sup>a</sup> uerater C<sup>a</sup> 15 autem] *add.* et N O, *eras.* S, P<sup>2</sup> T quasi] quia si C<sup>a</sup> 18 quia] qui T °dicit M<sup>a</sup> 19 effectum] effecto A<sup>a</sup>, affectu B F μ se *om.* T urgere S<sup>a</sup> suo *om.* A<sup>a</sup> B<sup>a</sup> C J 21 eius quae C<sup>a</sup> 22 °commemorare R °potest *om.* I<sup>a</sup>

autem de illa fide dignis litteris dei sui per eius prophetas  
 conscriptis narrantibus de felicitate paradisi atque illud pri-  
 25 mum et bonum hominis et malum historica traditione indican-  
 tibus. Domini autem dei sui reminiscitur. Ille quippe semper  
 est, nec fuit et non est, nec est et non fuit, sed sicut numquam  
 non erit ita numquam non erat. Et ubique totus est, propter  
 quod ista in illo et uiuit et mouetur et est, et ideo eius reminisci  
 30 potest.

μ 962

Non quia hoc recordatur quod eum nouerat in Adam aut  
 alibi alicubi ante huius corporis uitam aut cum primum facta  
 est ut insereretur huic corpori; nihil enim horum omnino  
 reminiscitur; quidquid horum est obliuione deletum est.  
 35 Sed commemoratur ut conuertatur ad dominum, tamquam  
 ad eam lucem qua etiam cum ab illo auerteretur quodam  
 modo tangebatur. Nam hinc est quod etiam impii cogitant  
 aeternitatem et multa recte reprehendunt recteque laudant in  
 hominum moribus.

40 Quibus ea tandem regulis iudicant nisi in quibus uident  
 quemadmodum quisque uiuere debeat etiamsi nec ipsi eodem  
 modo uiuant? Vbi eas uident? Neque enim in sua natura,  
 cum procul dubio mente ista uideantur, eorumque mentes  
 constet esse mutabiles, has uero regulas immutabiles uideat  
 45 quisquis in eis et hoc uidere potuerit; nec in habitu suae men-

26 Deut. 8, 14. 27 Ex. 3, 14. 28 Ambr., fid. I, 16, 106; Hieron., ephes., I, II, 13-14; cf. Plot., enn. VI, 4, inscr.; 5, inscr.; Orig., princ. IV, 3, 30; Basil., spir. sanct., 9, 22; spir., 2; Ioh. Chrys., de incompr. dei nat., I, 3; in ps. 138, 2; Hil., trin. II, 6; in ps. 118, 8; in ps. 129, 3, 5; in ps. 144, 21; Aug., conf. I, 3, 3; lib. arb. II, 14, 37-38; mor. ecl. cath. I, 11, 19; in ioh. euang., tract. I, 8, 30-33; XXXIV, 6, 16; c. epist. fund., 15, 20 sqq.; e.a.; supra V, 1, 42; XIII, XIX, 5. 28/30 cf. XIV, XI. 29 Act. 17, 28. 35 Ps. 21, 28. 37/39 sqq. cf. Aug., spir. et litt., xxvii, 48 (PL 44, 229-230); en. in ps. 57, 1 (CC 39, 708, 9 sqq.). 38/39 Enn., ann. (apud Aug., trin. XIII, III, 43; epist. 231, 3), incertae sedis fragm. 10; Cic., rep. IV, fragm. x, 12 (apud Aug., ciu. dei II, 9); fin. bon. mal. V, xxii, 61; supra I, III, 62/67; II, prooem., 24/29; XIII, III, 42/51; cf. Aug., serm. dom. in monte II, 1, 1: *recte autem uiuere et nolle laudari ... recte laudantibus ...*

Codd.: 38 aeternitatem — xvii, 6 infixum *def. A; BC NOS FJKPT*  
 (*EILMR; def. V*).

23 °fides R prophetam *ABCCKμ* 25 °et *pr. om. Ra* male *Aa* hystoria  
*Aa* °traditione] narratione *TM* 26 sui dei *Fa* illac *Ca* °semper *om.*  
*Ma* 28 °erat] est R est] erat *S* 29 °reminisci eius *μ* eius *om. Aa* 31  
 hoc] *add.* ueritate qui uero *exp. T* 32 alicui *Ca* 33 inseretur *Ja* corporis *Ca*  
 enim *om. T* omnino horum *T* 34 horum] eorum *S* 36 qua] *1 lit.*  
*eras. S* etiam] iam *AB* 37 cogitant] cogit tanta *C*, cogittant *C2* 38 recte  
 quae *Ca* 39 °moribus] rebus R 40 °ea tandem] sectanda R eam *NOa*  
*Sa P* indicant *J* °uideant R 41 eo *Ta* 42 uiuunt *T* 43 cum *om.*  
 (*add. 1 m.*) *K* 44 constet esse] constetisse *Ca* 45 habitu] abdito *P*

tis cum illae regulae sint iustitiae, mentes uero eorum esse constet iniustas. Vbinam sunt istae regulae scriptae, ubi quid sit iustum et iniustus agnoscit, ubi cernit habendum esse quod ipse non habet? Vbi ergo scriptae sunt, nisi in libro  
 50 lucis illius quae ueritas dicitur unde omnis lex iusta describitur et in cor hominis qui operatur iustitiam non migrando sed tamquam imprimendo transfertur, sicut imago ex anulo et in ceram transit et anulum non relinquit? Qui uero non operatur et tamen uidet quid operandum sit, ipse est qui ab illa luce  
 55 auertitur, a qua tamen tangitur. Qui autem nec uidet quemadmodum sit uiuendum excusabilius quidem peccat quia non est transgressor legis incognitae, sed etiam ipse splendore aliquoties ubique praesentis ueritatis attingitur quando admonitus confitetur.

XVI. [XVI 22] Qui uero commemorati conuertuntur ad domi- PL 1053

num ab ea deformitate qua per cupiditates saeculares conformabantur huic saeculo reformantur ex illo audientes apostolum dicentem: *Nolite conformari huic saeculo sed reformamini*  
 5 *in nouitate mentis uestrae*, ut incipiat illa imago ab illo reformari a quo formata est; non enim reformare se ipsam potest sicut potuit deformare. Dicit etiam alibi: *Renouamini spiritu mentis uestrae et induite nouum hominem qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate ueritatis*. Quod ait, *secundum*

52/53 cf. XI, II, 76/80. 55/59 cf. Aug., spir. et litt., xxvii, 48 (PL 44, 229-230); en. in ps. 57, 1 (CC 39, 708, 9 sqq.); Rom. 2, 1-29; 4, 5; 5, 13. 57 Iac. 2, 11. 58 sqq. Leu. 4, 2. 13-14. 22-23. 27-28; Num. 15, 22-29; cf. Rom. 2, 13; 1 Tim. 1, 13; Hieron., in hiez. IX, xxix, 17/21 (CC 75, 417, 997/999).

xvi. 1/2 Ps. 21, 28. 2/3 Rom. 12, 2. 4/5 Rom. 12, \*2. 7/9 Eph. 4, 23-24. 9/10 Eph. 4, 24.

Codd.: BC; def. A NOS FJKPT (EILMR; def. V).

Test.: xvi. 1 Qui — 7 deformare Beda, f. 36-36v. 7 Renouamini — 9 secundum Beda, f. 96.

46 ille T sint regulae S iustiae C, iustae C<sup>2</sup> 46/47 constet esse C<sup>2</sup> μ, constetisse C 47 quid] aliquid T 48 iniustus] iniustum N O S 49 °non] nec M 50 lcx] lux S 50/51 describetur K<sup>a</sup> 51 emigrando S 52 transfertor C<sup>a</sup> 53 cera T anullum C<sup>a</sup> reliquit N<sup>a</sup> 54 quid] quod C 56 sit] si C<sup>a</sup> uidendum B<sup>a</sup> C S P T 57 °legis incognitae] cognitae legis μ incognitae] in eras. C; cognitae T 58 aliquoties C N °utique M 58/59 quando — confitetur om. T<sup>a</sup> 59 amonitus T<sup>2</sup>.

xvi. om. B C T<sup>a</sup> 1 Qui] quia (a eras.) B °conuertentur L<sup>a</sup> 3 reformatur C<sup>a</sup>, reformar T<sup>a</sup> ex] ab T 5 mentis] mentes C<sup>a</sup>, sensus J illa incipiat S 6 ipsa S 7 etiam] enim F alibi] b exp. C<sup>2</sup> °Renouamini] add. autem Beda spiritu] praem. in N O J K 8 mentes C<sup>a</sup> induete C<sup>a</sup> hominem] add. eum C N O S J<sup>1</sup> K P T Beda μ 9 et om. Beda A<sup>a</sup> Quod] add. autem P

10 *deum* creatum, hoc alio loco dicitur, *ad imaginem dei*. Sed peccando iustitiam et sanctitatem ueritatis amisit, propter quod haec imago deformis et decolor facta est ; hanc recipit cum reformatur atque renouatur.

Quod autem ait, *spiritu mentis uestrae*, non ibi duas res  
15 intellegi uoluit quasi aliud sit mens, aliud spiritus mentis, sed quia omnis mens spiritus est, non autem omnis spiritus mens est. Est enim spiritus et deus qui renouari non potest quia nec ueterescere potest. Dicitur etiam spiritus in homine qui mens non sit, ad quem pertinent imaginationes similes  
20 corporum, de quo dicit ad corinthios ubi dicit : *Si autem orauero lingua, spiritus meus orat ; mens autem mea infructuosa est*. Hoc enim ait quando id quod dicitur non intellegitur quia nec dici potest nisi corporalium uocum imagines sonum oris in spiritus cogitatione praeueniant. Dicitur et hominis anima  
25 spiritus, unde est in euangelio : *Et inclinato capite tradidit spiritum*, quo significata est mors corporis anima exeunte. Dicitur spiritus etiam pecoris, quod in ecclesiaste libro Salomonis apertissime scriptum est ubi ait : *Quis scit spiritus filiorum hominis si ascendet ipse sursum et spiritus pecoris si*  
30 *descendet ipse deorsum in terram ?* Scriptum est etiam in genesi ubi dicit diluuium mortuam uniuersam carnem *quae habebat in se spiritum uitae*. Dicitur spiritus etiam uentus, res apertissime corporalis, unde illud est in psalmis: *Ignis, grando, nix, glacies,*

μ 963

10 Gen. 1, 27 ; 5, \*1 ; 9, 6. 14/17 cf. Aug., gen. ad litt. XII, 24 (CSEL 28-1, 417, 10/16). 14 Eph. 4, 23. 17/46 cf. Aug., gen. ad litt. XII, 7 (CSEL 28-1, 389, 10/29). 17 Ioh. 3, \*6 (in quibusdam codd.) ; 4, \*24. 20/22 I Cor. 14, \*14. 25/26 Ioh. 19, 30. 28/30 Eccle. 3, \*21. 31/32 Gen. 7, \*22. 33/34 Ps. 148, \*8.

Codd. : BC ; def. A NOS FJKPT (EILMR ; def. V).

Test. : 10 *deum* — 26 *exeunte Beda*, f. 96.

11 iustitiam] *bis, pr. del. K* et] est C<sup>a</sup> 12 haec *om. K* recepit K 13  
°atque] et μ 14 Quod] *praem. XIII B, praem. XIII C* ait] *add. in K* spiri-  
tum S mentes C<sup>a</sup> 15 spiritu O<sup>a</sup> 16 °est spiritus L 16/17 spiritus *pr.*  
— est *pr. om. T<sup>a</sup>* 17 °deus] dicitur *Beda* 18 ueterascere B<sup>2</sup> N<sup>2</sup> P<sup>2</sup> μ, ue-  
teriscere K 19 pertinent] *n alt. s.l. T<sup>1</sup>* imagines T<sup>a</sup> 20 °ubi dicit *om. I*  
21 °lingua *om. M<sup>a</sup>* infructuosā] sine fructu K 22 agit C<sup>2</sup> quod] *bis, pr.*  
*exp. J* intellegitur] intellegit ut C 23 °imagines] *bis Beda* °sonos T,  
sonus M in *om. N F K μ, eras. O* 24 spiritu S J °cogitationes I<sup>a</sup> prae-  
ueniat S<sup>a</sup> praeueniunt *Beda* °anima hominis L 25 tradedit C<sup>a</sup>, reddidit P  
26 significatae C<sup>a</sup> exeunte] *add. de corpore J* 27 etiam spiritus T ec-  
clesiasten S F J K 28 qui C<sup>a</sup> O<sup>a</sup> S<sup>a</sup> K 29 hominum B<sup>2</sup> N O<sup>2</sup> K ascenderit  
B<sup>2</sup> N O S F P, ascendit T<sup>a</sup> °si *alt. om. L<sup>a</sup>* 30 descendat O<sup>3</sup> etiam *om. N<sup>a</sup>*  
31 mortuam] *add. fuisse N<sup>2</sup> F P* 32 °spiritum] spiritu C<sup>a</sup>, spiritus R<sup>a</sup> uitae]  
*add. dicitur spiritus uitae S* 33 corporalis] *add. corporis J* est illud P  
°est *om. μ*

*spiritus tempestatis*. Quia ergo tot modis dicitur spiritus,  
 35 spiritum mentis dicere uoluit eum spiritum quae mens uocatur. Sicut ait etiam idem apostolus : *In exspoliatione corporis carnis*. Non duas utique res intellegi uoluit quasi aliud sit caro, aliud corpus carnis, sed quia corpus multarum rerum  
 40 carne corpora caelestia et corpora terrestria), corpus carnis dixit, corpus quae caro est. Sic itaque spiritum mentis eum spiritum quae mens est. Alibi quoque apertius etiam imaginem nominauit, scilicet aliis uerbis idipsum praecipiens : *Exspoliantes uos, inquit, ueterem hominem cum actibus eius induite*  
 45 *nouum hominem qui renouatur in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit eum*. Quod ergo ibi legitur : *Induite* PL 1054  
*nouum hominem qui secundum deum creatus est*, hoc isto loco : *Induite nouum hominem qui renouatur secundum imaginem eius qui creauit eum*. Ibi autem ait, *secundum deum* ; hic uero,  
 50 *secundum imaginem eius qui creauit eum*. Pro eo uero quod ibi posuit, *in iustitia et sanctitate ueritatis*, hoc posuit hic, *in agnitione dei*. Fit ergo ista renouatio reformatioque mentis secundum deum uel secundum imaginem dei. Sed ideo dicitur *secundum deum* ne secundum aliam creaturam fieri putetur ;  
 55 ideo autem *secundum imaginem* dei ut in ea re intellegatur fieri haec renouatio ubi est imago dei, id est in mente, quemadmodum dicimus secundum corpus mortuum, non secundum spiritum, eum qui de corpore fidelis et iustus abscedit. Quid enim dicimus 'secundum corpus mortuum' nisi corpore uel in  
 60 corpore, non anima uel in anima mortuum ? Aut si dicamus :

36/37 Col. 2, 11. 43/46 Col. 3, \*9-10. 46/47 Eph. 4, 24. 48/49 Col. 3, \*10. 49 Eph. 4, 24. 50 Col. 3, \*10. 51 Eph. 4, 24. 51/52 Col. 3, \*10. 52/53 Eph. 4, 24. 53 Col. 3, 10. 54 Eph. 4, 24. 55 Col. 3, 10.

Codd. : BC ; def. A NOS FJKPT (EILMR ; def. V).

Test. : 34 Quia — 36 apostolus Beda, f. 96. 36 In — 39 est alt. Beda, f. 96 et 107. 39 nam — 42 est Beda, f. 107. 52 ista — 56 mente Beda, f. 109v.

34 tempestatis] *add.* quae faciunt uerbum eius T spiritus dicitur F 35 spiritum alt. om. J<sup>a</sup> qui T 36 Sicut] *add.* enim K etiam om. K exspoliationem K 36/37 carnis corporis S 37 res utique P 38 °quia] que M °multarum] mortalium L<sup>a</sup> 39 nulla] nomen una C, nomen unum C<sup>2</sup> 40 corpus] corpus C<sup>a</sup> 41 °corpus quae] corpus quod L, quod corpus R spiritu C<sup>a</sup> 42 qui T 44 eius] suis F J T 45 hominem] ita F μ, om. cett. codd. agnitionem S K P T dei om. T 46 imaginem C<sup>a</sup> 47 deum om. J<sup>a</sup> 50 secundum om. T 51 iustitiam J 51/52 in agnitione] imagine T<sup>a</sup> 52 agnitionem K °Fit] fecit R<sup>a</sup> reformatio quae (a alt. eras.) K 53/54 uel — deum om. T 53 °dei] eius M 54 aliam] aliquam O<sup>3</sup> potetur C<sup>a</sup> 55 autem om. B<sup>a</sup> 57 mortuum] *add.* esse T 58 eum om. B<sup>a</sup> C 60 °uel in anima om. L dicimus N

'Secundum corpus est pulcher,' aut : 'Secundum corpus fortis, non secundum animum,' quid est aliud quam, 'Corpore non animo pulcher aut fortis est' ? Et innumerabiliter ita loquimur. Non itaque sic intellegamus *secundum imaginem eius qui*  
 65 *creavit eum* quasi alia sit imago secundum quam renouatur, non ipsa qua renouatur.

xvii. [XVII 23] Sane ista renouatio non momento uno fit ipsius conuersionis sicut momento uno fit illa in baptismo renouatio remissione omnium peccatorum ; neque enim uel unum quantumcumque remanet quod non remittatur. Sed quemadmo-  
 5 dum aliud est carere febribus, aliud ab infirmitate quae febribus facta est reualescere, itemque aliud est infixum telum de corpore demere, aliud uulnus quod eo factum est secunda curatione sanare. Ita prima curatio est causam remouere languoris, quod per omnium fit indulgentiam peccatorum ;  
 10 secunda ipsum sanare languorem, quod fit paulatim proficendo in renouatione huius imaginis. Quae duo demonstrantur in psalmo ubi legitur : *Qui propitiis fit omnibus iniquitatibus tuis*, quod fit in baptismo ; deinde sequitur : *Qui sanat omnes languores tuos*, quod fit cotidianis accessibus cum haec imago  
 15 renouatur. De qua re apostolus apertissime locutus est dicens : *Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. Renouatur autem in agnitione dei*, hoc est *in iustitia et sanctitate ueritatis*, sicut sese habent apostolica testimonia quae paulo ante memorauimus.  
 20 In agnitione igitur dei iustitiaque et sanctitate ueritatis

μ 964

64/65 Col. 3, \*10.

xvii. 2/3 Marc. 1, 4 ; Luc. 3, 3 ; Act. 2, 38. 12/13 Ps. 102, \*3. 13/14 Ps. 102, \*3. 16/18 II Cor. 4, \*16. 17 Col. 3, \*10. 17/18 Eph. 4, 24. 20 Col. 3, \*10. Eph. 4, 24.

Codd. : usque ad xvii, 6 infixum def. A ; B C N O S F J K P T (I L M R ; usque ad xvii, 7 est def. V ; legitur E).

Test. : 64 Non — 66 renouatur Beda, f. 109v.

xvii. 1 Sane — 15 renouatur, 20 In — ueritatis Beda, f. 72v.

61 aut] a/ut (1 lit. eras.) C fortis corpus J<sup>a</sup> corpus alt.] add. est S<sup>2</sup> 63 est om. T innumerabiliter C loquitur T<sup>a</sup> 64 Non] praem. xvii N O 66 quae C O<sup>2</sup> S K P<sup>2</sup> Beda μ.

xvii. om. B C N O 3 remissionem I 4 remaneret Beda remittatur C 7 demere] redemmere C<sup>a</sup> secundum A<sup>a</sup> B 8 curationem A B 9 omnia K °fit] sit Beda indulgentiam] exp. bis K 10 sanare ipsum P °quo M R 11 renouationem P 12 quid C<sup>a</sup> °fit] sit Beda 14 tuo (corr. 1 m.) K qui A<sup>a</sup> 15 apostolis S<sup>a</sup> °est om. L V °dicit L V 17 renouamus A<sup>a</sup> C<sup>2</sup> N F K P T, renouamur C agnitionem S K P in tert. om. T<sup>a</sup> 18 sese] se C J P<sup>a</sup> T, om. O<sup>a</sup>, de se S 19 commemorauimus A B C N O<sup>2</sup> K P μ 20 dei] add. in S iustitiaque] a s.l. T<sup>1</sup>, iustitia quae A C<sup>a</sup> et] ex A

qui de die in diem proficiendo renouatur transfert amorem a temporalibus ad aeterna, a uisibilibus ad intellegibilia, a carnalibus ad spiritalia, atque ab istis cupiditatem frenare atque minuere illisque se caritate alligare diligenter insistit. Tantum  
 25 autem facit quantum diuinitus adiuuatur. Dei quippe sententia est : *Sine me nihil potestis facere*. In quo proectu et accessu tenentem mediatoris fidem cum dies uitae huius ultimus quemque compererit, perducendus ad deum quem coluit et  
 30 ab eo perficiendus excipietur ab angelis sanctis, incorruptibile corpus in fine saeculi non ad poenam sed ad gloriam recepturus. In hac quippe imagine tunc perfecta erit dei similitudo quando dei perfecta erit uisio. De qua dicit apostolus Paulus : *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem*. Item dicit : *Nos autem reuelata facie gloriam domini*  
 35 *speculantes in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriam tamquam a domini spiritu* ; hoc est quod fit de die in diem bene proficientibus. [24] Apostolus autem Iohannes : *Dilectissimi, inquit, nunc filii dei sumus, et nondum apparuit quod erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus*  
 40 *quoniam uidebimus eum sicuti est*.

XVIII. Hinc apparet tunc in ista imagine dei fieri eius plenam similitudinem quando eius plenam perceperit uisionem, [XVIII] quamquam possit hoc a Iohanne apostolo etiam de immortalitate corporis dictum uideri. Et in hac quippe similes  
 5 erimus deo sed tantummodo filio quia solus in trinitate corpus

21 II Cor. 4, 16. 26 Ioh. 15, 5. 31 Gen. 5, 1 ; Iac. 3, 9. 33/34 I Cor. 13, 12. 34/36 II Cor. 3, \*18. 36/37 II Cor. 4, 16. 38/40 I Ioh. 3, \*2.

XVIII. 1/4 I Ioh. 3, 2. 4/5 I Ioh. 3, 2.

Codd. : ABC NOS FJKPT (ILMRV).

Test. : 21 qui — 24 insistit Beda, f. 72<sup>v</sup>.

XVIII. 3 quamquam — 5 corpus Coll. Nou., p. 76, 27-29.

21 renouatur proficiendo P 22 °aeternam I 22/23 intellegibilia — ad om. S 23 atque alt.] uel T 24 °minuere] intueri R illiusque N O<sup>a</sup>, illis T se om. S<sup>a</sup> °caritate] per caritatem P, caritatem R 26 est om. J<sup>a</sup> profectu C P T μ 27 medicatoris (c eras.) A 28 unumquemque B °comperit C<sup>a</sup>, reperit R, repperit R<sup>2</sup> 30 finem N O 31/32 dei — erit om. S<sup>a</sup> P T<sup>a</sup> 31 dei om. J<sup>a</sup> 32 apostolos C °Paulus om. I 34 °Nos] non R<sup>a</sup> 35 speculantes] contemplantes B, specolantes C<sup>a</sup> °eadem K<sup>a</sup> I M R<sup>a</sup> °imagine I M 36 in om. T<sup>a</sup> 37 iohannis K 38 filii C 39 quid B O<sup>a</sup> S<sup>2</sup> J T μ Scimus] add. autem J μ quia] quoniam N S similis C<sup>a</sup> ei om. C<sup>a</sup> 40 sicuti] sic S.

XVIII. om. ABC F J K T 1 °hic V<sup>a</sup> °in om. R<sup>a</sup> istam imaginem (m pr. et tert. eras.) O, imaginem istam S 2 perciperit C<sup>a</sup> 3 quamquam] praem. XVIII F J K T 4 mortalitate K<sup>a</sup> similis C<sup>a</sup> 5 quia] qui T

acceptit in quo mortuus resurrexit atque id ad superna per-  
 uexit. Nam dicitur etiam ista imago filii dei in qua sicut ille  
 immortale corpus habebimus conformes facti in hac parte  
 non patris imaginis aut spiritus sancti sed tantummodo filii  
 10 quia de hoc solo legitur et fide sanissima accipitur : *Verbum*  
*caro factum est.* Propter quod apostolus : *Quos ante, inquit,*  
*praesciuit et praedestinavit conformes imaginis filii sui ut sit*  
*ipse primogenitus in multis fratribus. Primogenitus utique a*  
 15 *mortuis* secundum eundem apostolum ; qua morte seminata  
 est caro eius in contumelia, resurrexit in gloria. Secundum  
 hanc imaginem filii cui per immortalitatem conformamur in  
 corpore etiam illud agimus quod item dicit idem apostolus :  
*Sicut portauimus imaginem terreni portemus et imaginem eius*  
 20 *qui de caelo est,* ut scilicet qui secundum Adam mortales  
 fuimus secundum Christum immortales nos futuros esse fide  
 uera et spe certa firmaque teneamus. Sic enim nunc eandem  
 imaginem portare possumus, nondum in uisione sed in fide, μ 965  
 nondum in re sed in spe. De corporis quippe resurrectione  
 tunc loquebatur apostolus cum haec diceret.

XIX. [XIX 25] At uero illa imago de qua dictum est : *Faciamus*  
*hominem ad imaginem et similitudinem nostram,* quia non  
 dictum est, ad 'meam' uel 'tuam,' ad imaginem trinitatis  
 factum hominem credimus, et quanta potuimus inuestiga-  
 5 tione comprehendimus. Et ideo secundum hanc potius et illud  
 intellegendum est quod ait apostolus Iohannes : *Similes ei*

6 Symb. Rom.-Mediol. II, 4-5 ; Rom. 14, 9 ; I Thess. 4, 13. 8/9 Rom. 8, 29.  
 10/11 Ioh. 1, 14. 11/13 Rom. 8, \*29. 13/14 Col. 1, \*18. 16 Rom. 8, 29.  
 18/19 I Cor. 15, \*49. 19/20 I Cor. 15, 45 sqq.

XIX. 1/2 Gen. 1, 26. 6/7 I Ioh. 3, 2.

Codd. : ABC NOS FJKPT (ILMRV).

Test. : 6 accepit — 6/7 peruexit *Coll. Nou.*, p. 76, 29. 12 ut — 23 spe *Beda*, f. 28.

6 °accipit *V*<sup>a</sup> °mortuos *R*<sup>a</sup> superiora *J* 6/7 °perduxit *Coll. Nou.* 9  
 °antommodo *C*<sup>a</sup>, tantomodo *R*<sup>a</sup> 10 accepit *C* 11 poropter (o *pr. exp.*) *J*  
 apostolos *C*<sup>a</sup> ante] autem *A* inquit *om. P*<sup>a</sup> 12 spresciuit (s *pr. exp.*)  
*J* praedestinavit *K* conformes] *add. fieri F P μ* °filii *om. I* 13 °ipsi  
*R*<sup>a</sup> °a *om. L*<sup>a</sup> 14 °qua] quia *B*<sup>2</sup> *Beda* 15 contumeliam (m *alt. eras.*) *O*  
 surrexit *F Beda A*<sup>a</sup> gloriam (m *eras.*) *O* 16 imaginem hanc *F*<sup>a</sup> filii] *add.*  
 sui *T* immortalatem *K*<sup>a</sup> 17 °item] *om. C μ* ; idem *M* 18 °et] etiam *T*, *praem.*  
 etiam *M* eius *om. J*<sup>a</sup> 20 esse *om. A C S K P T Beda μ* 21 °spe] per *S*<sup>a</sup>,  
 spes *Beda* °firmaque] firma quae *C*<sup>a</sup>, firmati *Beda* teneamus] *praem.* caritate  
*P*<sup>2</sup> eadem (*corr. I m.*) *K* 22 possemus *S*<sup>a</sup> 23 re] resurrectione *C* 24  
 dicerit *C*<sup>a</sup>.

XIX. *om. ABC* 1 ad *T*<sup>a</sup> 2 quia] *praem.* et *T* 3 uel] *add. ad A, eras. B,*  
*C T μ* 6 apostolos *C*<sup>a</sup> similis *C*<sup>a</sup>

erimus quoniam uidebimus eum sicuti est, quia et de illo dixit de quo dixerat : *Filii dei sumus*. Et immortalitas carnis illo PL 1056  
 perficietur momento resurrectionis de quo ait apostolus Pau-  
 10 lus : *In ictu oculi, in nouissima tuba et mortui resurgent incorrupti et nos immutabimur*. In ipso namque ictu oculi ante iudicium resurget in uirtute, in incorruptione, in gloria corpus spiritale quod nunc seminatur in infirmitate, corruptione, contumelia corpus animale. Imago uero quae *renouatur* in  
 15 spiritu mentis *in agnitione dei* non exterius sed interius *de die in diem*, ipsa perficietur uisione quae *tunc* erit post iudicium *facie ad faciem*, nunc autem proficit *per speculum in aenigmate*. Propter cuius perfectionem dictum intellegendum est : *Similes ei erimus quoniam uidebimus eum sicuti est*. Hoc enim  
 20 donum tunc nobis dabitur cum dictum fuerit : *Venite, benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum*. Tunc quippe tolletur impius ut non uideat claritatem domini quando ibunt sinistri in supplicium aeternum euntibus dextris in uitam aeternam. *Haec est autem*, sicut ait ueritas, *uita*  
 25 *aeterna ut cognoscant te*, inquit, *unum uerum deum et quem misisti Iesum Christum*.

[26] Hanc contemplatiuam sapientiam, quam proprie puto in litteris sanctis ab scientia distinctam sapientiam nuncupari dumtaxat hominis, quae quidem illi non est nisi ab illo cuius  
 30 participatione uere sapiens fieri mens rationalis et intellectualis potest, Cicero commendans in fine dialogi Hortensii : *Quae nobis*, inquit, *dies noctesque considerantibus ac uentibusque intellegentiam quae est mentis acies cauentibusque ne quando illa* μ 966

8 I Ioh. 3, 2. 10/11 I Cor. 15, \*52. 11 I Cor. 15, \*52. 12 I Cor. 15, \*43.  
 I Cor. 15, 42. I Cor. 15, 43. 12/13 I Cor. 15, 44. 13 I Cor. 15, 43.  
 I Cor. 15, 42. 14 I Cor. 15, \*43. I Cor. 15, 44. 14/55 Eph. 4, \*23.  
 15 Col. 3, \*10. 15/16 II Cor. 4, 16. 16/17 I Cor. 13, 12. 18/19 I Ioh. 3, 2.  
 20/21 Matth. 25, 34. 22 Is. 26, \*10. 23/24 Matth. 25, 46. 24/26 Ioh.  
 17, \*3. 27/28 cf. XII, xiv, 7/10. 28 Iob 28, 28 ; Eccli. 1, 24 ; I Cor. 12, 8 ;  
 Col. 2, 3. 31/43 Cic., hort., fragm. 97 (ed. Müller, p. 325).

Codd. : ABC NOS FJKPT (ILMRV).

Test. : 14 Imago — 17 aenigmate Beda, f. 72v-73.

7 uidimus C<sup>a</sup> 8 immortales T<sup>a</sup> 9 resurrtionis C<sup>a</sup> 10 tuba] *add.* canet  
 enim tuba P 11 °oculi] *exp.* A<sup>2</sup>, *om.* L 12 corruptione K<sup>a</sup> 13 spiretale  
 C<sup>a</sup>, spiritali K<sup>a</sup> corruptione] *praem.* in T 14 contumelia] *praem.* in T  
 in *om.* NOS J P Beda 15 spiritum C<sup>a</sup> mentes C<sup>a</sup> 16 perficitur C<sup>a</sup> 17  
 prospicit A<sup>a</sup> in] ign C<sup>a</sup> 19 Hoc] *add.* est *eras.* C 21 patris] patres C,  
 i *ex e per ras.* K possidite K<sup>a</sup> 22 ut non] *ne* T claritatem] maiestatem T  
 27 Hanc] *praem.* xv A C, *praem.* xiiii B 28 °a μ 30 participacione uere]  
 participatio nouere C<sup>a</sup> partipacione T<sup>a</sup> ouera I 31 °finem M 32/33  
 intelligentia J

hebescat, id est in philosophia uiuentibus, magna spes est, aut  
 35 si hoc quod sentimus et sapimus mortale et caducum est, iucun-  
 dum nobis perfunctis muneribus humanis occasum neque moles-  
 tam extinctionem et quasi quietem uitae fore ; aut si ut antiquis  
 philosophis hisque maximis longeque clarissimis placuit aeter-  
 nos animos ac diuinos habemus sic existimandum est, quo magis  
 40 hi fuerint semper in suo cursu, id est in ratione et inuestigandi  
 cupiditate, et quo minus se admiscuerint atque implicauerint  
 hominum uitis et erroribus, hoc his faciliorem ascensum et redi-  
 tum in caelum fore. Deinde addens hanc ipsam clausulam  
 repetendoque sermonem finiens : Quapropter, inquit, ut ali-  
 45 quando terminetur oratio, si aut extinguere tranquille uolumus  
 cum in his artibus uixerimus, aut si ex hac in aliam haud paulo  
 meliorem domum sine mora demigrare, in his studiis nobis omnis  
 opera et cura ponenda est.

Hic miror hominem tanti ingenii perfunctis muneribus  
 50 humanis hominibus in philosophia uiuentibus quae contem-  
 platione ueritatis beatos facit iucundum promittere occasum  
 si hoc quod sentimus et sapimus mortale et caducum est, quasi  
 hoc moriatur et intercitat quod non diligebamus uel potius  
 quod atrociter oderamus ut iucundus nobis sit eius occasus.  
 55 Verum hoc non didicerat a philosophis quos magnis laudibus  
 praedicat, sed ex illa noua academia ubi ei dubitare etiam de PL 1057  
 rebus manifestissimis placuit ista sententia redolebat. A philo-  
 sopheris autem sicut ipse confitetur, maximis longeque clarissi-

44/48 Cic., hort., fragm. 97 (ed. Müller, p. 325). 49/54 Cic., hort., fragm. 97  
 (ed. Müller, p. 325). 57/64 Cic., hort., fragm. 97 (ed. Müller, p. 325).

Codd. : ABC NOS FJKPT (ILMRV).

34 philosophiam A uiuentibus T<sup>a</sup> 35/36 iucundum] ita O S<sup>2</sup> K T, iocun-  
 dum O<sup>3</sup> S<sup>a</sup> cett. codd. μ 36 perfructis A<sup>a</sup> ne quae C<sup>a</sup> 36/37 molestem J  
 37 extinctionem] excessionem T antiquis] add. mutantis C<sup>a</sup> 38 philophis  
 S<sup>a</sup> hisque] quae A<sup>a</sup> C, que C<sup>2</sup> ; e superscr. K<sup>2</sup> ; om. T maximes K<sup>a</sup> °lon-  
 geque clarissimis om. I<sup>a</sup> 39 sic] add. ut B<sup>2</sup> extimandum K 40 hii J P  
 fuerit T<sup>a</sup> 41 cupiditate] pi s.l. T<sup>1</sup> °quo] praem. in M se] eam K  
 ad quae C<sup>a</sup> implicauerint T<sup>a</sup> 42 erroribus] terrobus C, errobus C<sup>2</sup>  
 44 repetendoque sermonem] ita A B C O μ, repetendo sermonemque A<sup>2</sup> cett. codd.  
 45 aut] autem N extinguere S<sup>a</sup> 46 °in pr. om. R °haud] aud C<sup>a</sup>, aut M R  
 49 hinc N P perfructis A<sup>a</sup> 50 hominibus om. T °philophiam R,  
 philosophiam R<sup>2</sup> quae] add. in S 51 iucundum] ita O K P T, iocundus C,  
 iocundum C<sup>2</sup> O<sup>3</sup> cett. codd. μ ocaum T<sup>a</sup> 53 °intercedat R 54 iucundus]  
 ita O K P T, iocundus O<sup>3</sup> cett. codd. μ 55 dedicerat C<sup>a</sup> a om. T<sup>a</sup> quod S<sup>a</sup>  
 56 praedicabat T °illa] alia I achademica P 57/58 philophis S<sup>a</sup> 58  
 °ipse] ille J

*mis*, aeternos esse animos acceperat. Aeterni quippe animi  
 60 non inconuenienter hac exhortatione excitantur ut in suo  
 cursu reperiantur cum uenerit uitae huius extremum, id est  
 in ratione et inuestigandi cupiditate, minusque se admisceant  
 atque implicent hominum uitiiis et erroribus ut eis facilius sit PL 1058  
 regressus ad deum. Sed iste cursus qui constituitur in amore  
 65 atque inuestigatione ueritatis non sufficit miseris, id est omni-  
 bus cum ista sola ratione mortalibus sine fide mediatoris, quod  
 in libris superioribus huius operis, maxime in quarto et tertio  
 decimo quantum potui demonstrare curauit.

---

59 *aeternos esse animos* : Plato, tim., 42 ; 43 ; phaedr., 24 ; rep., 611<sup>A-B</sup>.

---

Codd. : *ABC NOS FJKPT (ILMRV)*.

---

59 °animos esse  $\mu$  60 in *om.* *A*<sup>a</sup> 62 °rationem *V*<sup>a</sup> cupiditatem *C*<sup>a</sup>  
 minusque] nec *C* admiscant *A*, misceant *K* 64 constituetur *C*<sup>a</sup> 65  
 at quae *C*<sup>a</sup> °inuestigatio *I* miseris id] miseri sed *C*, miseris et *C*<sup>2</sup> 65/66  
 id est omnibus *om.* *S*<sup>a</sup> 66 °fide] fine *R*.

## LIBER XV

- I. [I 1] Volentes in rebus quae factae sunt ad cognoscendum μ 965  
 eum a quo factae sunt exercere lectorem iam peruenimus ad PL 1057  
 eius imaginem quod est homo in eo quo ceteris animalibus μ 966  
 antecellit, id est ratione uel intelligentia, et quidquid aliud  
 5 de anima rationali uel intellectuali dici potest quod pertineat  
 ad eam rem quae mens uocatur uel animus. Quo nomine non- μ 967  
 nulli auctores linguae latinae id quod excellit in homine et non  
 est in pecore ab anima quae inest et pecori suo quodam loquen-  
 di more distinguunt. Supra hanc ergo naturam si quaerimus  
 10 aliquid et uerum quaerimus, deus est, natura scilicet non  
 creata, sed creatrix. Quae utrum sit trinitas non solum cred-  
 entibus diuinae scripturae auctoritate, uerum etiam intel-  
 legentibus aliqua si possumus ratione iam demonstrare debe-  
 mus. Cur autem 'si possumus' dixerim res ipsa cum quaeri  
 15 disputando coeperit melius indicabit.
- II. [II 2] Deus quippe ipse quem quaerimus adiuuabit, ut  
 spero, ne sit infructuosus labor noster et intellegamus quemad-  
 modum dictum sit in psalmo sancto : *Laetetur cor quaerentium*

---

I. 1/2 Rom. I, 20; Sap. 13, 1-5. 3/4 Varro, antiqu. (apud Aug., ciu. dei VII, 23 [CC 47, 204, 20/22] : ... *animus, in quo intelligentia praeminet ; hoc praeter hominem omnes carere mortales*) ; supra IV, 1, 59/60. 6 Varro, antiqu. (apud Aug., ciu. dei VII, 23 [CC 47, 204, 20] : ... *quod uocatur animus*) ; Cic., fin. bon. mal. V, XIII, 36 : ... *quaeque mens nominatur* ; cf. infra XV, xvii, 13. 6/9 nonnulli auctores ... *suo quodam loquendi more distinguunt* : cf. Cic., de or. III, xviii, 67 ; fin. bon. mal. v, xii, 34 ; XIII, 36 ; rep. VI, ix (= somn. scip.), 9 ; Caes., bell. gall. III, xix, 6 ; VI, v, 1 ; Lucret., nat. rer., III, 94 ; Catull., poes., 65, 4 ; Sall., iug., xi, 8 ; Sen., uit. beat., xv, 5 ; Quint., inst. I, 9, 13 ; e.a. 7 Cic., fin. bon. mal. V, XIII, 36 : ... *excellens in animorum* ... ; cf. infra XV, vii, 13.

II. 1 Act. 17, 27. 3/5 Ps. 104, 3-4.

---

Codd. : ABC NOS FJKPT (ILMRV).

---

I.] Prohemium T 2 peruenimus] uenimus A<sup>a</sup> C 3 quo] quod T 3/4 antecellit animalibus P 5 pertinet K 6 quae] qua C<sup>a</sup> 7 auctores C<sup>a</sup> 8 pecore] petori A, pecori A<sup>2</sup> 9 inest] est I<sup>a</sup> 10 scilicet C<sup>a</sup> 11 utrum] uerum S, uero S<sup>2</sup>, utrumque M 12 auctoritati C<sup>2</sup> N O<sup>a</sup> F K<sup>2</sup> P<sup>a</sup> 13 possimus A iam ratione F<sup>a</sup> iam] etiam C 14 Cur autem] bis, pr. eras. T 15 possumus M dixerem T<sup>a</sup> cum quaeri] coquaeri A<sup>a</sup> 15 indicauit S<sup>a</sup>.

 impertiantur (n exp.) R 5 eum] eundem F 6 °transferuntur Eug. V  
 dexteram AR O<sup>3</sup> S F J P T μ 7 propter] per T<sup>a</sup> 9 °prophetia Eug. V  
 10 °habuerit] praem. si I μ 13 °ei om. V Eug. (G P V v) bonum] donum  
 A<sup>a</sup> R J quo om. N<sup>a</sup> 13/14 uitam aeternam J 14 °neminem] nem Eug.  
 V, nemo Eug. V<sup>2</sup> tanta bona J tanta om. R Ipsa] praem. ea S<sup>2</sup> 15  
 °nam] quae I utrumque nomen AR F μ °habeat] praem. non I<sup>a</sup> 19  
 °tradiderit M 21 ut] add. aut R 22 potest om. R esse] add. potest R<sup>2</sup>  
 et] om. A<sup>a</sup> F T, ei S<sup>a</sup> 23 et om. A<sup>a</sup> R K<sup>a</sup> inquit om. S Iesu om. A<sup>a</sup>  
 24 °neque praepotium aliquid ualet μ

25 *dilectionem operatur*, sic eam discernens ab ea fide qua et daemones credunt et contremescunt. Dilectio igitur quae ex deo est et deus est proprie spiritus sanctus est per quem diffunditur in cordibus nostris dei caritas per quam nos tota inhabitet trinitas. Quocirca rectissime spiritus sanctus, cum  
30 sit deus, uocatur etiam donum dei. Quod donum proprie quid nisi caritas intellegenda est quae perducit ad deum et sine qua quodlibet aliud dei donum non perducit ad deum ?

XIX. [XIX 33] An et hoc probandum est donum dei dictum esse in sacris litteris spiritum sanctum ? Si et hoc exspectatur, habemus in euangelio secundum Iohannem domini Christi uerba dicentis : *Si quis sitit, ueniat ad me et bibat. Qui credit*  
5 *in me sicut dicit scriptura flumina de uentre eius fluent aquae uiuae*. Porro euangelista secutus adiunxit : *Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum*. Vnde dicit etiam Paulus apostolus : *Et omnes unum spiritum potauimus*.  
10 Vtrum autem donum dei sit appellata aqua ista quod est spiritus sanctus hoc quaeritur. Sed sicut hic inuenimus hanc aquam spiritum sanctum esse, ita inuenimus alibi in ipso euangelio hanc aquam dei donum appellatam. Nam dominus idem quando cum samaritana muliere ad puteum loquebatur cui dixerat : *Da mihi bibere*, cum illa respondisset quod iudaei  
15 non couterentur samaritanis, *respondit Iesus et dixit ei : Si*

25/26 Iac. 2, 19. 26/27 I Ioh. 4, \*7. 27 I Ioh. 4, \*8.\*16. 29/30 uide Symb. 'Quicumque,' 15 ; Ioh. 3, \*6 (in quibusdam codd.) ; 4, \*24. 30 Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10.

XIX. 1 Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10. 4/6 Ioh. 7, 37-38. 6/7 Ioh. 7, 39. 8 I Cor. 12, \*13. 9 Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10. 11 Ioh. 7, 38-39. 12 Ioh. 4, 10-14. 14 Ioh. 4, 7. 14/19 Ioh. 4, \*9-11.

Codd. : AR ; def. BC NOS FJKPT (ILMV).

Test. : 25 dilectionem — 32 deum *Eng.*, p. 784, 18-26 ; [Ben., *munim.* XII, f. 28v]. 27 per — 32 deum [*Alcuin.*, *trin.* II, 19 (PL 101, 36)]. 29 Quocirca — 32 deum [*coll.*, f. 50].

XIX. 1 An — 15 Si *Eng.*, p. 784, 27-785, 15 ; [Ben., *munim.* XII, f. 28v-29]. 1 donum — 2 spiritum, 3 in — Iohannem, 12 dominus — 15 Si [*coll.*, f. 50].

26 contremescunt A<sup>2</sup> R<sup>2</sup> T μ 27 °proprie] *praem.* et P, propria L 28 deus R quem P 29 inhabitat A<sup>2</sup> O<sup>3</sup> K *Eng.* V μ sanctus om. A<sup>a</sup> 30 etiam om. A<sup>a</sup> °de] donum *Eng.* V Quod] *praem.* XIX F propriae T 31 ducit P 31/32 et — deum om. A<sup>a</sup> 32 qua] om. R<sup>a</sup>, quo T donum dei P μ.

XIX. om. A R F *Eng.* V v, XVIII *Eng.* G P 1 dei donum A μ dictum om. A R 2 sanctum spiritum N O F exspectetur R 3 domini] *add.* iesu P μ °Christi om. L 4 dicentes R<sup>a</sup> ad om. R<sup>a</sup> 5 °in me om. I<sup>a</sup> dixit R 6 Porro — adiunxit om. T 7 spiritu] *add.* saneto P *Eng.* V 8 uno spiritu P °portauimus (r *eras.*) J, potati sumus *Eng.* V 9 sit donum dei F °aqua] qua V<sup>a</sup> 10 hic om. A<sup>a</sup> 11 in ipso alibi J<sup>a</sup> 12 donum dei J T μ 12/13 idem dominus F P 13 quando om. J<sup>a</sup> °muliere samaritana μ samaritana R<sup>a</sup> puteum R<sup>a</sup> 14 dixit J °iudaei] dei L<sup>a</sup> 15 °quouterentur R, conterentur *Eng.* (G P V v)

scires donum dei et quis est qui dicit tibi : Da mihi bibere, tu  
 forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam uiuam. Dicit ei  
 mulier : Domine, neque in quo haurias habes et puteus altus  
 est. Vnde ergo habes aquam uiuam ?, et cetera. Respondit Iesus  
 20 et dixit ei : Omnis qui biberit ex aqua hac sitiet iterum ; qui PL 1084  
 autem biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in aeternum,  
 sed aqua quam dabo ei fiet in eo fons aquae salientis in uitam  
 aeternam. Quia ergo haec aqua uiua sicut euangelista exposuit  
 spiritus sanctus est, procul dubio spiritus donum dei est de  
 25 quo hic dominus ait : Si scires donum dei et quis est qui dicit  
 tibi : Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi  
 aquam uiuam. Nam quod ibi ait : Flumina de uentre eius fluent  
 aquae uiuae, hoc in isto loco : Fiet, inquit, in eo fons aquae  
 salientis in uitam aeternam.

30 [34] Paulus quoque apostolus : Vnicuique, inquit, nostrum μ 991  
 datur gratia secundum mensuram donationis Christi, atque ut  
 donationem Christi sanctum spiritum ostenderet secutus  
 adiunxit : Propter quod dicit : Ascendit in altum, captiuauit  
 captiuitatem, dedit dona hominibus. Notissimum est autem  
 35 dominum Iesum cum post resurrectionem a mortuis ascen-  
 disset in caelum dedisse spiritum sanctum quo impleti qui  
 crediderant linguis omnium gentium loquebantur. Nec moueat  
 quod ait dona, non donum ; id enim testimonium de psalmo  
 posuit. Hoc autem in psalmo ita legitur : Ascendisti in altum,  
 40 captiuasti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Sic enim  
 plures codices habent et maxime graeci, et ex hebraeo sic

19/23 Ioh. 4, \*13-14. 23 Ioh. 4, 10-11. 24 Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10. 25/27  
 Ioh. 4, 10. 27/28 Ioh. 7, 38. 28/29 Ioh. 4, 14. 30/31 Eph. 4, \*7. 33/  
 34 Eph. 4, \*8. 35/36 Symb. Rom.-Mediol. III, 5-6. 36/37 Act. 2, 2-4.  
 38 Eph. 4, 8 ; Ps. 67, 19. 39/40 Ps. 67, \*19.

Codd. : AR ; def. BC NOS FJKPT (ILMV).

Test. : 16 scires — 41 sic Eug., p. 785, 15-786, 15 ; [Ben., munim. XII, f. 29].  
 16 scires — uiuam [coll., f. 50]. 30 Vnicuique — 41 sic Beda, f. 94v.

16 °dixit P, dicit L<sup>a</sup> M 18 in quo neque F<sup>a</sup> neque] add. hoc A<sup>a</sup> aureas  
 R<sup>a</sup>, harias J<sup>a</sup>, haureas K<sup>a</sup>, hauries P<sup>a</sup> 19 °habens (n eras.) V Respondit] add.  
 ei J 20 biberit] ita J K<sup>2</sup> T Eug. G P v μ, eibierit K<sup>a</sup>, bibit cett. codd. Eug. V  
 °hac aqua Eug. V μ qui alt.] cum T 21 autem om. A<sup>a</sup> K P 21/22 non —  
 ei om. Eug. V 22 dabo] praem. ego R P μ °aquae om. M 24 est sanctus O<sup>3</sup>  
 T μ 25 Si] scie R<sup>a</sup> dixit P 27 °uiuam] bibam Eug. V<sup>a</sup> ibi] ubi S<sup>2</sup>  
 28 in pr. om. R S F J K T μ in eo inquit A R μ 29 °salutis Eug. V uita  
 aeterna Eug. V 30 °quoque] uero Eug. V °inquit] autem Beda °nostrum  
 om. L 31 °datur] data est V<sup>2</sup>, data Beda at quae K<sup>a</sup> 32 spiritum sanctum A  
 R J Eug. (G P V v) Beda μ 33 dicit] adicit R<sup>a</sup>, dixit P °Ascendit om. Eug. V  
 captiuauit] captiuam duxit R T, captiuat J<sup>a</sup> 34 autem est Beda 37 °credide-  
 runt Eug. V omnium] hominum R<sup>a</sup> 38/39 posuit de psalmo F 39 au-  
 tem] enim A 40 °dona om. L<sup>a</sup> 41 °et pr. om. Eug. V °sic] ita J, hic M

interpretatum habemus. *Dona* itaque dixit apostolus quemadmodum propheta, non donum ; sed cum propheta dixerit, *accepisti in hominibus*, apostolus maluit dicere, *dedit hominibus*, ut ex utroque scilicet uerbo, uno prophético, apostolico altero, quia in utroque est diuini sermonis auctoritas, sensus plenissimus redderetur. Vtrumque enim uerum est, et quia dedit hominibus et quia accepit in hominibus. Dedit hominibus tamquam caput membris suis ; accepit in hominibus idem ipse utique in membris suis, propter quae membra sua clamauit de caelo : *Saule, Saule, quid me persequeris ?*, et de quibus membris suis ait : *Quando uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*. Ipse ergo Christus et dedit de caelo et accepit in terra. Porro autem dona ob hoc ambo dixerunt et propheta et apostolus quia per donum quod est spiritus sanctus in commune omnibus membris Christi multa dona quae sint quibusque propria diuiduntur. Non enim singuli quique habent omnia, sed hi illa, alii alia, quamuis ipsum donum a quo cuique propria diuiduntur omnes habeant, id est spiritum sanctum. Nam et alibi cum multa dona commemorasset : *Omnia, inquit, haec operatur unus atque idem spiritus diuidens propria unicuique prout uult*. Quod uerbum et in epistula quae ad hebraeos est inuenitur ubi scriptum est : *Attestante deo signis et ostentis et uariis uirtutibus et spiritus sancti diuisionibus*. Et hic cum dixisset, *ascendit in altum, captiuauit captiuitatem*,

42 Eph. 4, 8 ; Ps. 67, 19. 44 Ps. 67, 19. 44/45 Eph. 4, 8. 48 Eph. 4, 8. Ps. 67, \*19. 48/49 Eph. 4, 8. 49 Ps. 67, \*19. 51 Act. 9, 4. 52/53 Matth. 25, \*40. 53 Eph. 4, 8. Ps. 67, \*19. 54 Ps. 67, 19 ; Eph. 4, 8. 55 Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10 ; e.a. 56/60 I Cor. 12, 7-12. 60/62 I Cor. 12, \*11. 63/64 Hebr. 2, \*4. 65/66 Eph. 4, \*8.

Codd. : A R ; def. B C N O S F J K P T ( I L M V ).

Test. : 42 interpretatum — 65 captiuitatem *Eug.*, p. 786, 15-787, 15 ; [*Ben.*, *munim.* XII, f. 29-29v]. 42 interpretatum — 57 diuiduntur *Beda*, f. 94v-95.

42 °interpretantum *Beda* 43 non donum] nondum R<sup>a</sup> 44 accepisti] *add.* dona A P μ, accepistis J °dedit] *add.* dona A<sup>2</sup> L V<sup>2</sup> 45/46 altero apostolico S 46 °diuini] diui *Beda* sensus] *praem.* ut *eras*. N, O<sup>a</sup> *Eug.* G<sup>a</sup> V v 47 °reddetur *Beda* enim *om.* A<sup>a</sup> °quia] quod *Beda* 48 accepit in hominibus et quia dedit hominibus F °quia] quod *Beda* 48/49 et — hominibus *om.* R 49 idem] id est S 49/50 accepit — suis] *om.* A<sup>a</sup> R ; *i. mg.* *Beda* A<sup>1</sup> 50 °ipse *om.* M utique *om.* *Beda* 52 °Quando uni] quandiu *Beda* 53 °fecistis *om.* *Beda* 54 °ab *Eug.* V °et *pr.*] ut *Eug.* V propheta et] prophetae R<sup>a</sup> 55 sanctus spiritus S 56 °sunt *Eug.* V μ 58 hi] hii R, *om.* S, alii S<sup>2</sup> °illa] illi V<sup>a</sup>, *add.* et *Eug.* (G V v) °alii] *om.* A<sup>a</sup>, *praem.* hii M alia] *om.* A, illa A<sup>2</sup> J *Eug.* V 58/59 °cumque M 59 °habent *Eug.* V 59/60 spiritus sancti R 60 dona *om.* A<sup>a</sup> 61 haec inquit J °operatur haec L propria *om.* J 62 unicuique] singulis J °prout] ut M et *om.* R<sup>a</sup> T 63 atestante A 64 diuisionibus] distributionibus J μ

*dedit dona hominibus : Quod autem ascendit, ait, quid est nisi* PL 1085  
*quia et descendit in inferiores partes terrae ? Qui descendit ipse*  
*est et qui ascendit super omnes caelos ut adimpleret omnia. Et*  
*ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas,*  
70 *quosdam uero euangelistas, quosdam autem pastores et doctores.*  
 Ecce quare dicta sunt dona. Quia sicut alibi dicit : *Numquid*  
*omnes apostoli, numquid omnes prophetae ?*, et cetera ; hic  
 autem adiunxit : *Ad consummationem sanctorum in opus*  
*ministerii, in aedificationem corporis Christi.* Haec est domus  
75 *quae sicut psalmus canit aedificatur post captiuitatem quo-*  
*niam qui sunt a diabolo eruti a quo captiui tenebantur, de*  
*his aedificatur corpus Christi, quae domus appellatur ecclesia.*  
 Hanc autem *captiuitatem* ipse *captiuauit* qui diabolum uicit.  
 Et ne illa quae futura erant sancti capitis membra in aeter-  
80 *num supplicium secum traheret, eum iustitiae prius deinde*  
*potentiae uinculis alligauit. Ipse itaque diabolus est appellata* μ 992  
*captiuitas quam captiuauit qui ascendit in altum et dedit dona*  
*hominibus uel accepit in hominibus.*

[35] Petrus autem apostolus sicut in eo libro canonico  
85 *legitur ubi scripti sunt actus apostolorum, loquens de Chris-*  
*to commotis corde iudaeis et dicentibus : Quid ergo faciemus,*  
*fratres ? Monstrate nobis, dixit ad eos : Agite poenitentiam et*  
*baptizetur unusquisque uestrum in nomine Iesu Christi in*  
*remissionem peccatorum, et accipietis donum spiritus sancti.*  
90 *Itemque in eodem libro legitur Simonem magum apostolis*  
*dare uoluisse pecuniam ut ab eis acciperet potestatem qua*  
*per impositionem manus eius daretur spiritus sanctus. Cui*

66/70 Eph. 4, \*9-11. 71 Ps. 67, 19 ; Eph. 4, 8. 71/72 I Cor. 12, 29. 73/74  
 Eph. 4, 12. 74/75 Ps. 95, \*1. 76 Col. 1, 13. 11 Tim. 2, \*26. 77 Col.  
 1, 24. 78 Eph. 4, \*8. 82/83 Eph. 4, \*8. 84 Ps. 67, \*19. 85/87 Act. 2,  
 \*37. 87/89 Act. 2, \*38. 90/92 Act. 8, 18-19.

Codd. : AR ; def. BC NOS FJKPT (ILMV).

Test. : 66 dedit — 92 Cui *Eng.*, p. 787, 15-788, 16 ; [*Ben.*, *munim.* XII, f. 29v].  
 68 Et *alt.* — 83 hominibus *alt.* *Beda*, f. 95-95v. 81 diabolus — 82 captiuitas  
 [*Godesc.*, *trina*, III (p. 97, 24-25)]. 84 Petrus — 89 sancti [*coll.*, f. 50-50v].

66 *ait om.* A<sup>a</sup> 67 *descendit pr.*] *discendit* R K *descendit alt.*] *discendit* K  
 68 *ocst om.* I<sup>a</sup> *et pr. om.* A<sup>a</sup> 69/70 *quosdam alt.* — *euangelistas om.* A<sup>a</sup>  
 69 *quosdam autem prophetas*] *quos autem (del. 2 m.)* R *autem*] *quidem* A<sup>2</sup> N  
 O<sup>a</sup> S *Eng.* (G V v) 70 *uero*] *autem Eng.* (G V v) 71 *o*dicit] *dicitur* (?) *Beda*  
 72 *nonquid* F *omnes alt. om.* A 73 *adiunxit* A<sup>a</sup>, *adiunxit* K *in*] *ad* J  
 74 *aedificationem*] *m eras.* N 75 *sicuti* O *psalmus*] *in psalmo* S *canitur*  
 S 76 *eruditi Beda* A<sup>a</sup> 77 *corpus*] *domus* μ *aeclesia* O 78 *hinc Beda*  
*autem*] *enim* A<sup>a</sup> *captiuabit Beda* *o*qui] *quia Eng.* V 79 *ne om.* K<sup>a</sup>  
*erunt* R<sup>a</sup> 80 *cum*] *cum* S 83 *uel* — *hominibus om.* K<sup>a</sup> *o*accepit] *add.*  
*dona Beda* 84 *eo*] *eodem* R<sup>2</sup> J *Eng.* V 84/85 *legitur canonico* F 84 *canico*  
 A<sup>a</sup> 88 *uestrum om.* M *nomine*] *add. domini* P μ 89 *remissione Eng.*  
 V *peccatorum*] *praem. omnium* J 91 *acceperit* R<sup>a</sup> *quam (m eras.)* S  
 92 *ocius om.* *Eng.* V

Petrus idem : *Pecunia, inquit, tua tecum sit in perditionem quia donum dei aestimasti te per pecuniam possidere.* Et alio  
 95 eiusdem libri loco cum Petrus Cornelio et eis qui cum illo fuerant loqueretur annuntians et praedicans Christum ait scriptura : *Adhuc loquente Petro uerba haec cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum, et obstupuerunt qui ex circumcisi-  
 100 natione donum spiritus sancti effusum est. Audiebant enim illos loquentes linguis et magnificantes deum.* De quo facto suo quod incircumcisos baptizauerat quia priusquam baptizarentur ut nodum quaestionis huius auferret in eos uenerat spiritus sanctus, cum Petrus postea redderet rationem fratribus qui  
 105 erant Hierosolymis et hac re audita mouebantur ait post cetera : *Cum coepissem autem loqui ad illos, cecidit spiritus sanctus in illos sicut et in nos in initio, memoratusque sum uerbi domini sicut dicebat : Quia Iohannes quidem baptizauit aqua, uos uero baptizabimini spiritu sancto. Si igitur aequale donum  
 110 dedit illis sicut et nobis qui credidimus in dominum Iesum Christum, ego quis eram qui possem prohibere deum non dare illis spiritum sanctum ?* Et multa alia sunt testimonia scripturarum quae concorditer attestantur donum dei esse spiritum sanctum in quantum datur eis qui per eum diligunt deum. PL 1086  
 115 Sed nimis longum est cuncta colligere. Et quid eis satis est quibus haec quae diximus satis non sunt ?

[36] Sane admonendi sunt quandoquidem donum dei iam uident dictum spiritum sanctum ut cum audiunt *donum spiri-*

93/94 Act. 8, \*20. 95/96 Act. 10, 24 sqq. 97/101 Act. 10, \*44-46. 102/  
 105 Act. 11, 1 sqq. 106/112 Act. 11, \*15-17. 113 Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10 ; e.a.  
 117 Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10. 118/119 Act. 2, 38 ; 10, \*45.

Codd. : AR ; def. BC NOS FJKPT (ILMV).

Test. : 93 Petrus — 118/119 spiritus *Eug.*, p. 788, 16-789, 16 ; [Ben., *munim.* XII, f. 29v-30]. 117 Sane — 118/119 spiritus [*coll.*, f. 50v].

93 tua inquit AT °perditione K<sup>2</sup> M *Eug.* V 94 dei om. A te om. AR  
*Eug.* V per om. F *Eug.* (GVv) pecunias A<sup>a</sup> R K μ, pecunia NF *Eug.* (GVv)  
 possidere] om. R, possidendum R<sup>2</sup> 95 libro R<sup>a</sup> loco cum] locum R<sup>a</sup>  
 cornilio R et om. R eis] eisque R<sup>2</sup> qui om. S<sup>a</sup> illo] eo P μ  
 97 at huc K<sup>a</sup> °caecidit *Eug.* V 98 °supra L obstupuerunt A<sup>a</sup> R K *Eug.*  
 (GVv) 99 qui] del. S<sup>2</sup> fideles] add. qui S<sup>2</sup> cum] praem. qui T 101  
 °decum] edñ (corr. 1 m.) *Eug.* V 103 nodum] no/dum (1 lit. eras.) S, nondum  
 R<sup>a</sup> quaestiones R<sup>a</sup> °auferet V<sup>a</sup> 104 cum] add. que S<sup>2</sup> redemeret R  
 fratribus rationem J 105 °erant] add. in M hierosolymis K °audita  
 re L °mouebantur L<sup>a</sup> 106 °caecidit *Eug.* V 107 °in alt. om. M<sup>a</sup> nobis  
 K<sup>a</sup> in tert. om. A<sup>a</sup> R O<sup>a</sup> S K<sup>a</sup> *Eug.* V memoratus quae R<sup>a</sup> 108 °iohannis  
*Eug.* V 109 °uero] autem μ baptizamini R spiritus K<sup>a</sup> 110 credi-  
 mus A °in om. *Eug.* V 111 Christum om. J qui possem om. AR  
 °possim V 115 colligere cuncta F 116 haec] e exp. bis K, ea T 117  
 °Sane] praem. quandoquidem M amonendi R 118 °spiritum] add. dei  
*Eug.* V °ut] et *Eug.* (GV)

*tus sancti*, illud genus locutionis agnoscant quod dictum est  
 120 *in exspoliatione corporis carnis*. Sicut enim corpus carnis nihil  
 aliud est quam caro, sic donum spiritus sancti nihil aliud est  
 quam spiritus sanctus. In tantum ergo donum dei est in  
 quantum datur eis quibus datur. Apud se autem deus est  
 125 antequam cuiquam daretur. Nec quia illi dant, ipse datur,  
 ideo minor est illis. Ita enim datur sicut dei donum ut etiam  
 se ipsum det sicut deus. Non enim dici potest non esse suae  
 potestatis de quo dictum est : *Spiritus ubi vult spirat*, et apud  
 apostolum quod iam supra commemoravi : *Omnia autem haec*  
 130 *operatur unus atque idem spiritus diuidens propria unicuique*  
*prout vult*. Non est illic conditio dati et dominatio dantium sed  
 concordia dati et dantium.

[37] Quapropter sicut sancta scriptura proclamat : *Deus*  
*caritas est*, illaque ex deo est et in nobis id agit ut in deo  
 135 maneamus et ipse in nobis, et hoc inde cognoscimus quia de  
 spiritu suo dedit nobis, ipse spiritus eius est deus caritas.  
 Deinde si in donis dei nihil maius est caritate et nullum est  
 maius donum dei quam spiritus sanctus, quid consequentius  
 quam ut ipse sit caritas quae dicitur et deus et ex deo ? Et  
 140 si caritas qua pater diligit filium et patrem diligit filius in-  
 effabiliter communionem demonstrat amborum, quid con-  
 uenientius quam ut ille proprie dicatur caritas qui spiritus est  
 communis ambobus ? Hoc enim sanius creditur uel intellegitur  
 ut non solus spiritus sanctus caritas sit in illa trinitate, sed

μ 993

120 Col. 2, 11. 121 Act. 2, 38 ; 10, \*45. 122 Act. 8, 20 ; Ioh. 4, 10. 128  
 Ioh. 3, 8. 129 *supra* : XV, XIX, 60/62. 129/131 I Cor. 12, \*11. 133/134  
 I Ioh. 4, 8.16. 134 I Ioh. 4, 7. 134/136 I Ioh. 4, \*13. 139 I Ioh. 4, 8.16.  
 I Ioh. 4, 7.

Codd. : AR ; def. BC NOS FJKPT (ILMV).

Test. : 119 sancti — 144 sed *Eug.*, p. 789, 16-790, 14 ; [Ben., *munim.* XII, f. 30].  
 119 sancti — 126 donum, 131 Non — 135 nobis, 137 Deinde — 143 ambobus  
 [coll., f. 50<sup>r</sup>-51].

119 quo A R P est om. K<sup>a</sup> 120 expoliationem S corpori K<sup>a</sup> 121  
 °aliud est *pr. et alt.*] est aliud μ sic] ita T 122 °ergo] enim I<sup>a</sup> 124 patri]  
*praem. et A<sup>2</sup> P* 125 daretur] *praem. iam T* 126 °ideo om. I<sup>a</sup> est] t s. l. K<sup>1</sup>  
 °donum dei μ 127 °det] donet M dici] *praem. rite S<sup>3</sup>* 128 °uult] t  
 s. l. K<sup>1</sup>, om. L<sup>a</sup> 129 °autem om. μ 130 diuidens] *add. singuli del. J* 131  
 °illi R S J, illis *Eug. V* °condicione M dominatio] mi *eras T<sup>a</sup>*, dñatio F  
 °dantium] dominantium M 132 et om. K<sup>a</sup> dantium] donantium S  
 133 °sicut] siue T, si μ 134 illa quae R O S K P T *Eug. (G V v)*, illa quidem  
 quae S<sup>2</sup> 136 °eius om. *Eug. V μ* deus] s i. r. O<sup>2</sup> ; dei S, i. mg. J<sup>2</sup>, P 137  
 est maius A 139 caritas om. R<sup>a</sup> quae] qui T μ et *pr. om. P* et *alt.*  
*om. A<sup>a</sup> S K<sup>a</sup>* deo] *add. et si caritas quae dicitur deus et ex deo del. K* 140  
 °si om. *Eug. V* 141 °demonstret L 142 °dicatur caritas proprie μ est  
 om. K<sup>a</sup> 144 solum A<sup>a</sup> J *Eug. (G V v)* sit] s. l. A<sup>1</sup>

145 non frustra proprie caritas nuncupetur propter illa quae dicta  
 sunt. Sicut non solus est in illa trinitate uel spiritus uel sanctus  
 quia et pater spiritus et filius spiritus, et pater sanctus et  
 filius sanctus, quod non ambigit pietas; et tamen ipse non  
 frustra proprie dicitur spiritus sanctus. Quia enim est com-  
 150 munis ambobus, id uocatur ipse proprie quod ambo commu-  
 niter. Alioquin si in illa trinitate solus spiritus sanctus est  
 caritas, profecto et filius non solius patris uerum etiam spiritus  
 sancti filius inuenitur. Ita enim locis innumerabilibus dicitur  
 et legitur filius unigenitus dei patris ut tamen et illud uerum  
 155 sit quod apostolus ait de deo patre: *Qui eruit nos de potestate*  
*tenebrarum et transtulit in regnum filii caritatis suae.* Non dixit,  
 'filii sui,' quod si diceret, uerissime diceret quemadmodum  
 quia saepe dixit uerissime dixit; sed ait, *filii caritatis suae.*  
 Filius ergo est etiam spiritus sancti si non est in illa trinitate  
 160 caritas dei nisi spiritus sanctus. Quod si absurdissimum est,  
 restat ut non solus ibi sit caritas spiritus sanctus, sed propter  
 illa de quibus satis disserui proprie sic uocetur. Quod autem PL 1087  
 dictum est, *filii caritatis suae*, nihil aliud intellegatur quam  
 filii sui dilecti, quam filii postremo substantiae suae. Caritas  
 165 quippe patris quae in natura eius est ineffabiliter simplici  
 nihil est aliud quam eius ipsa natura atque substantia ut  
 saepe iam diximus et saepe iterare non piget. Ac per hoc filius  
 caritatis eius nullus est alius quam qui de substantia eius est  
 genitus.

147/148 cf. V, XI, 15/16.32/33. 147 Euseb. Vercell., trin. I, 23 (CC 9, 8, 195).  
 154 Symb. Rom.-Mediol. I, 2. 155/156 Col. I, \*13. 158.163 Col. I, \*13.  
 164 Matth. 3, 17; Marc. I, 11; Luc. 3, 22. 167/168 Col. I, \*13. 168/169  
 Symb. Nicaen., 6-7.

Codd. : 150 (pro)prae — XXI, 18 cogitati(oe) def. A; R; def. BC NOS  
 FJKPT (ILMV).

Test. : 145 non — 169 genitus *Eng.*, p. 790, 14-791, 9; [*Ben.*, *munim.* XII, f. 30-  
 30v]. 150 id — 150/151 communiter [*coll.*, f. 51]. 162 Quod — 169 genitus  
*Beda*, f. 105.

145 propter] per T 146 est] *praem.* dictus S T 147/149 quia — sanctus *om.*  
 A<sup>a</sup> 148 <sup>o</sup>non ambigit] ambigit non quod J, ambigit nequaquam *Eng.* V  
 ipse] iste R F K P μ 151 <sup>o</sup>si *om.* *Eng.* V 152 solius] i s. l. T<sup>1</sup> 153/154  
<sup>o</sup>dicitur et legitur] legitur dicitur et S V, legitur et dicitur L 154 et *alt.* *om.* R<sup>a</sup>  
 158 dixit saepe F uerissime] *praem.* et P caritas K<sup>a</sup> 159 est ergo P  
 est *pr. om.* K<sup>a</sup> sanctus S si *om.* K 160 <sup>o</sup>dei *om.* L 161 sanctus  
 spiritus R 162 propriae R, proprie T <sup>o</sup>autem *om.* *Beda* 164 dilecti —  
 filii *om.* R <sup>o</sup>quam] quia *Beda* 165 <sup>o</sup>eius *om.* *Beda* 166/167 <sup>o</sup>atque — piget  
*om.* *Beda* 167 piget K<sup>a</sup> <sup>o</sup>hos *Beda* 168 <sup>o</sup>qui de] quid e *Beda*.

xx.

[XX 38] Quocirca ridenda est dialectica Eunomii a quo eunomiani haeretici exorti sunt. Qui cum non potuisset intellegere nec credere uoluisset unigenitum dei uerbum per quod facta sunt omnia filium dei esse natura, hoc est de substantia  
 5 patris genitum, non naturae uel substantiae siue essentiae dixit esse filium sed filium uoluntatis dei, accidentem scilicet deo, uolens asserere uoluntatem qua gigneret filium; uidelicet ideo quia nos aliquid aliquando uolumus quod antea non uolebamus, quasi non propter ista mutabilis intellegatur  
 10 nostra natura, quod absit ut in deo esse credamus. Neque enim ob aliud scriptum est: *Multae cogitationes in corde uiri; consilium autem domini manet in aeternum*, nisi ut intellegamus siue credamus sicut aeternum deum, ita aeternum eius esse consilium, ac per hoc immutabile sicut ipse est. Quod  
 15 autem de cogitationibus, hoc etiam de uoluntatibus uerissime dici potest: 'Multae uoluntates in corde uiri; uoluntas autem domini manet in aeternum.' Quidam ne filium consilii uel uoluntatis dei dicerent unigenitum uerbum, ipsum consilium  
 20 seu uoluntatem patris idem uerbum esse dixerunt. Sed melius quantum existimo dicitur consilium de consilio et uoluntas de uoluntate sicut substantia de substantia, sapientia de sapientia, ne absurditate illa quam iam refellimus filius patrem dicatur facere sapientem uel uolentem si non habet pater in substantia sua consilium uel uoluntatem.

μ 994

xx. 2/3 *intellegere nec credere*: Is. 7, \*9. 3 Symb. Nicaen., 6; Symb. Rom.-Mediol. I, 2. Eccli. 1, \*5; Ioh. 1, 1.14; Apoc. 19, \*13. 3/4 Symb. Nicaen., 11; Symb. Rom.-Mediol. I, 2d; Ioh. 1, 3. 4 Symb. Nicaen., 5. 4/6 cf. Greg. Naz., or. XXIX, vi (PG 36, 80-81). 4/5 Symb. Nicaen., 6-7. 5/7 expos. fid. cath. (Ps.-Euseb. Vercell., trin. X [IX]), 11 (CC 9, 136 sq., 75/83). 5/6 cf. V, vi, 25/30. 11/12 Prou. 19, \*21. 12/13 *nisi ... credamus*: Is. 7, \*9. 16/17 Prou. 19, \*21.

Codd.: R; def. ABC NOS FJKPT (ILMV).

Test.: xx. 1 Quocirca — 24 uoluntatem [Ben., *munim.* XII, f. 30v]. 19 melius — 21/22 sapientia *Tolet.* XV, p. 455.

xx. om. R 1 Quocirca] quapropter J dialectica Eunomii a] dialecticae unomia R 2 exhorti J °potuissent *Eug. V* 4 sunt] t s. l. K<sup>1</sup> 5 patris] *praem.* dei T substantiae siue essentiae] essentiae siue substantiae T °substantiae] *add.* suae μ siue essentiae om. P 6 uoluntates J<sup>a</sup>, uoluntas T<sup>a</sup> accedentem K 7 essere R<sup>a</sup> °gignerit V<sup>a</sup> 9 °propterea I istam S K 10 ut om. P 11 ob aliud] hoc alium R cogitationes] cognationes R in] *praem.* ascendunt P 12 autem om. N 13 deo R ita om. S 13/14 esse eius F J<sup>2</sup> P 13 eius om. J 15 cogitatione T 16 dicit T 18 uoluntas T<sup>a</sup> dei] om. *uel eras.* K, om. T 19 °seu] sed R, et R<sup>2</sup>, siue P, se V<sup>a</sup> uoluntatem] ta s. l. K<sup>1</sup> °patris] *add.* uerbum M idem] id est P 20 °de consilio] consilii M 22 iam om. R 22/23 °dicatur patrem μ 23 uolentem] uoluntatem R<sup>a</sup>

25 Acute sane quidam respondit haeretico uersutissime in-  
 terroganti utrum deus filium uolens an nolens genuerit, ut si  
 diceretur, 'nolens,' absurdissima dei miseria sequeretur; si  
 autem, 'uolens,' continuo quod intendebat uelut inuicta  
 ratione concluderet non naturae esse filium sed uoluntatis.  
 30 At ille uigilantissime uicissim quaesiuit ab eo utrum deus  
 pater uolens an nolens sit deus, ut si responderet, 'nolens,'  
 sequeretur illa miseria quam de deo credere magna insania  
 est; si autem diceret, 'uolens,' responderetur ei: 'Ergo et  
 ipse uoluntate sua deus est non natura.' Quid ergo restabat  
 35 nisi ut obmutesceret et sua interrogatione obligatum insolubili  
 uinculo se uideret? Sed uoluntas dei si et proprie dicenda  
 est aliqua in trinitate persona, magis hoc nomen spiritui  
 sancto competit sicut caritas. Nam quid est aliud caritas  
 quam uoluntas?

40 [39] Video me de spiritu sancto in isto libro secundum PL 1088  
 scripturas sanctas hoc disputasse quod fidelibus sufficit iam  
 scientibus deum esse spiritum sanctum nec alterius substan-  
 tia nec minorem quam est pater et filius, quod in superiori-  
 bus libris secundum easdem scripturas uerum esse do-  
 45 cuimus. De creatura etiam quam fecit deus quantum ualui-  
 mus admonuimus eos qui rationem de rebus talibus poscunt  
 ut inuisibilia eius per ea quae facta sunt sicut possent intel-  
 lecta conspicerent, et maxime per rationalem uel intellectua-  
 lem creaturam quae facta est *ad imaginem dei*, per quod uelut

25/34 Greg. Naz., or. XXIX, vi (PG 36, 80-81) (uide B. Altaner, "Augustinus,  
 Gregor von Nazianz und Gregor von Nyssa", Revue bénédictine LXI [1951],  
 p. 57-61); cf. Aug., c. serm. arian., I, 2 - II, 3 (PL 42, 684-685) (uide A.-M.  
 La Bonnardière, "Recherches de chronologie Augustinienne", p. 166-  
 167). 40 in isto libro: XV, xvii sqq. 42 Ioh. 3, \*6 (in quibusdam codd.);  
 4, \*24; uide Symb. 'Quicumque,' 15. 43 uide Symb. 'Quicumque,' 24. 43/  
 44 in superioribus libris: I, iv - v; viii, 28 sqq.; xii, 53 sqq.; II, iii - iv; III, ix,  
 75 sqq.; IV, xx, 95 sqq.; xxi, 73 sqq.; V, xi; xiv - xv; VI, v; VIII, passim.  
 47/48 Rom. I, \*20. 49 Gen. I, 27; 5, \*1; 9, 6. 49/50 I Cor. 13, 12.

Codd.: R; def. ABC NOS FJKPT (ILMV).

Test.: 25 Acute — 49 uelut *Eug.*, p. 791, 14-792, 10. 25 Acute — 39 uoluntas  
 [*Ben.*, *munim.* XII, f. 30<sup>v</sup>-31]. 36 Sed — 38 caritas *Coll.*, *Nou.*, p. 77, 17-19.  
 36 uoluntas — 39 uoluntas [*coll.*, f. 51-51<sup>v</sup>]. 45 De — 49 uelut [*Ben.*, *munim.*  
 XXV, f. 42].

25 quidam sane FK quidem R 26 nollens R<sup>a</sup> 27 diceretur] ita R S F K  
 T *Eug.* (G V v), diceret *ceft. codd.* μ 28 °contendebat *Eug.* V 29 filium om. R  
 uoluntis T<sup>a</sup> 30 At] t *superscr.* K<sup>2</sup> 31 an nolens om. R si] sis (s *alt.*  
*eras.*) T °responderetur I<sup>a</sup> 34 °deus est sua uoluntate μ est om. K 35  
 obmutisceret R, ommutesceret T *Eug.* V 36 se] sed T Sed] *add.* et S<sup>2</sup> °si  
 et] ē si *Coll.* *Nou.* °si om. *Eug.* V et] *del.* S<sup>2</sup> °propriae T, propria M  
*Eug.* V 37 persona magis] persomagis R<sup>a</sup> nomine T spiritu R<sup>a</sup> 38  
 sicuti O<sup>3</sup> 40 de om. N<sup>a</sup> 41 hoc] ho T<sup>a</sup> sufficiat T 41/42 °scientibus  
 iam μ 43 nec] ne N<sup>a</sup> 43/44 superiobus O<sup>a</sup> 44 scripturas] *add.* sanctas  
 S F P T 45 De] *praem.* xxi T<sup>2</sup> quam] quae (*corr.* 1 m.) J 47/48 intellecta  
 sicut possent P 49 ueluti F

50 speculum quantum possent, si possent, cernerent trinitatem  
 deum in nostra memoria, intellegentia, uoluntate. Quae tria  
 in sua mente naturaliter diuinitus instituta quisquis uiuaciter  
 perspicit et quam magnum sit in ea unde potest etiam sempiterna  
 immutabilisque natura recoli, conspici, concupisci (re-  
 55 miniscitur per memoriam, intuetur per intellegentiam, amplectitur  
 per dilectionem), profecto reperit illius summae trinitatis  
 imaginem. Ad quam summam trinitatem reminiscendam, uidendam,  
 diligendam ut eam recordetur, eam contempletur, ea delectetur  
 totum debet referre quod uiuit.  
 60 Verum ne hanc imaginem ab eadem trinitate factam, et suo  
 uitio in deterius commutatam ita eidem comparet trinitati  
 ut omni modo existimet similem, sed potius in qualicumque  
 ista similitudine magnam quoque dissimilitudinem cernat  
 quantum satis esse uidebatur admonui.

XXI. [XXI 40] Sane deum patrem et deum filium, id est deum  
 genitorem qui omnia quae substantialiter habet in coaeterno  
 sibi uerbo suo dixit quodam modo, et ipsum uerbum eius  
 deum qui nec plus nec minus aliquid habet etiam ipse sub-  
 5 stantialiter quam quod est in illo qui uerbum non mendaciter  
 sed ueraciter genuit, quemadmodum potui, non ut illud iam  
*facie ad faciem*, sed per hanc similitudinem *in aenigmate* μ 995  
 quantulumcumque coniciendo uideretur in memoria et intel-  
 legentia mentis nostrae significare curauit, memoriae tri-  
 10 buens omne quod scimus etiamsi non inde cogitemus, intel-

51 cf. Cic., inu. II, LIII, 160; Aug., diu. quaest., xxxi, 1; epist. 169, II, 6; supra X,  
 XI, 3.17/18.29; XIV, VI, 52/54; VII, 51/52; XI, 4/7; XV, VII, 25.87/113.

XXI. 7 I Cor. 13, 12.

Codd. : R ; def. ABC NOS FJKPT (ILMV).

Test. : 50 speculum — 64 admonui *Eug.*, p. 792, 10-25; [*Ben.*, *munim.* XXV, f. 42].

XXI. 1 Sane — 10/11 intellegentiae [*Ben.*, *munim.* XXV, f. 42-42v].

50 °si possent *om.* M possent *alt.*] possint J 53 perspicit *om.* R postest  
 (s *pr. eras.*) J 54 °immutabilisque] immobilisque M, immutabilis V<sup>a</sup> °con-  
 spici] *add.* amplecti L 54/55 reminiscitur] *praem.* dum *i. r.* N<sup>2</sup>, reminiscetur J<sup>a</sup>  
 56 summe J 57/58 reminiscendam] resipiscendam S<sup>a</sup> K 58 uidendam] in-  
 uendam R, intuendam R<sup>2</sup> recordaretur (?) R<sup>a</sup> 59 ea delectetur] *om.* R,  
 eam diligit R<sup>2</sup> ea] ea/ 1 *lit. eras.* O, eam J uiuet R<sup>a</sup> 60 °trinitatem I<sup>a</sup>  
 61 competeret R<sup>a</sup> 63 °similitudine] dissimilitudine I desimilitudinem K,  
 disimilitudinem K<sup>2</sup> 64 quantum] *praem.* XXI K P °esse satis μ.

XXI. *om.* R K P T 1 id est *om.* K 2 in *om.* K °coaeternum I<sup>a</sup> 3  
 °eius uerbum M 4 deum *om.* R 6 °ut *om.* M °illam M iam *om.* S  
 7 facie] faciem (m *eras.*) O 8 memoriam S 8/9 intellegentia et F<sup>a</sup> in-  
 tellegentiam S 9 significare] insinuare T °memoria M

legentiae uero proprio modo quandam cogitationis informa-  
 tionem. Cogitando enim quod uerum inuenerimus, hoc maxi-  
 me intellegere dicimur et hoc quidem in memoria rursus relin-  
 quimus. Sed illa est abstrusior profunditas nostrae memoriae  
 15 ubi hoc etiam primum cum cogitarem inuenimus et gignitur  
 intimum uerbum quod nullius linguae sit tamquam scientia  
 de scientia et uisio de uisione et intellegentia quae apparet in  
 cogitatione de intellegentia quae in memoria iam fuerat sed  
 latebat, quamquam et ipsa cogitatio quandam suam memo-  
 20 riam nisi haberet, non reuerteretur ad ea quae in memoria PL 1089  
 reliquerat cum alia cogitaret.

[41] De spiritu autem sancto nihil *in hoc aenigmate* quod  
 ei simile uideretur ostendi nisi uoluntatem nostram, uel  
 amorem seu dilectionem quae ualentior est uoluntas, quoniam  
 25 uoluntas nostra quae nobis naturaliter inest sicut ei res  
 adiacuerint uel occurrerint quibus allicimur aut offendimur ita  
 uarias affectiones habet. Quid ergo est? Numquid dicturi  
 sumus uoluntatem nostram quando recta est nescire quid  
 appetat, quid deuitet? Porro si scit profecto inest ei sua quae-  
 30 dam scientia, quae sine memoria et intellegentia esse non  
 possit. An uero audiendus est quispiam dicens caritatem  
 nescire quid agat quae non agit perperam? Sicut ergo inest  
 intellegentia, inest dilectio illi memoriae principali in qua in-  
 uenimus paratum et reconditum ad quod cogitando possumus  
 35 peruenire quia et duo ista inuenimus ibi quando nos cogitando  
 inuenimus et intellegere aliquid et amare quae ibi erant et  
 quando inde non cogitabamus. Et sicut inest memoria, inest  
 dilectio huic intellegentiae quae cogitatione formatur, quod  
 uerbum uerum sine ullius gentis lingua intus dicimus quando  
 40 quod nouimus dicimus. Nam nisi reminiscendo non redit ad  
 aliquid, et nisi amando redire non curat nostrae cogitationis

22 I Cor. 13, 12.

Codd. : usque ad 18 cogitati(one) def. A ; R ; def. BC NOS FJKPT  
 (ILMV).

Test. : 11 uero — 24 uoluntas [Ben., *munim.* XXV, f. 42v]. 21 De — 41 cogi-  
 tationis [Ben., *munim.* XII, f. 31].

11 °propriae M °quandam] quodam μ 12 inuenimus P °hoc om. L  
 13 °memoriam S<sup>a</sup> 14 °abstrusior] absordior R profunditas J<sup>a</sup> 15 cum]  
 add. eo K cogitamus J<sup>a</sup> 17 apperet R<sup>a</sup> in] *praem.* eidem T 18 iam  
 om. S K 19/20 quandam suam memoriam] quando sua memoria R 24 quae]  
 qua (a i. r.) N<sup>2</sup>, S ; qua et FP 26 adiacuerint P occurrerint] cucurrerint  
 A<sup>a</sup> aut] uel NOS 27 affectiones T<sup>a</sup> 29 deuitet] euitet A<sup>2</sup> OS Jμ °si  
 om. I<sup>a</sup> sua] om. AR, sui FP 31 °possit] i ex e per ras. K, potest A<sup>2</sup> NOS  
 JPLV, posset I 33 delectio R<sup>a</sup> principale R<sup>a</sup> 34 ad quod] aliquod A<sup>a</sup>  
 35 duo] de suo T ibi] ubi S<sup>a</sup> °cogitamus A<sup>2</sup> L 36 quae ibi] quae ibi R<sup>a</sup>  
 39 ulius J<sup>a</sup> lingua] lingua/ 1 lit. eras. S °dicitur V<sup>2</sup> 40 Nam] non R  
 nisi om. T 41 curet R

intuitus. Ita dilectio quae uisionem in memoria constitutam  
et uisionem cogitationis inde formatam quasi parentem pro-  
lemque coniungit, nisi haberet appetendi scientiam quae sine  
45 memoria et intellegentia non potest esse, quid recte diligeret  
ignoraret.

XXII. [XXII 42] Verum haec quando in una sunt persona sicut  
est homo potest nobis quispiam dicere : 'Tria ista, memoria,  
intellectus et amor mea sunt, non sua ; nec sibi sed mihi agunt  
quod agunt, immo ego per illa. Ego enim memini per memo-  
5 riam, intellego per intellegentiam, amo per amorem. Et quan-  
do ad memoriam meam aciem cogitationis aduerto ac sic in  
corde meo dico quod scio uerbumque uerum de scientia mea  
gignitur, utrumque meum est et scientia utique et uerbum.  
Ego enim scio, ego dico in meo corde quod scio. Et quando in  
10 memoria mea cogitando inuenio iam me intellegere, iam me  
amare aliquid, qui intellectus et amor ibi erant et antequam  
inde cogitarem, intellectum meum et amorem meum inuenio  
in memoria mea quo ego intellego, ego amo, non ipsa. Item  
15 memoria reliquerat eaque intellecta conspiceri atque intus  
dicere, mea memoria memor est et mea uult uoluntate, non  
sua. Ipse quoque amor meus cum meminit atque intellegit  
quid appetere debeat, quid uitare, per meam, non per suam  
memoriam meminit. Et per intellegentiam meam, non suam,  
20 quidquid intellegenter amat intellegit.'

μ 996

PL 1090

Quod breuiter dici potest : 'Ego per omnia illa tria memini,  
ego intellego, ego diligo, qui nec memoria sum nec intellegen-  
tia nec dilectio, sed haec habeo.' Ista ergo dici possunt ab una  
persona quae habet haec tria, non ipsa est haec tria. In illius  
25 uero summae simplicitate naturae quae deus est, quamuis

---

XXII. 15 Rom. 1, 20.

Codd. : AR ; def. BC NOS FJKPT (ILMV).

Test. : 42 intuitus — 46 ignoraret [Ben., *munim.* XII, f. 31].

XXII. 1 Verum — 25 quamuis *Eug.*, p. 793, 5-794, 2 ; [Ben., *munim.* XII, f. 31v].

---

42 °uisione M 44 nisi] *praem.* et P appetit R 45 quod J.

XXII.] XII AR 1 sunt *om.* K<sup>a</sup> 2 nobis] uobis S<sup>a</sup> 4 ego *pr.*] ergo (r  
*eras.*) N 5 intellego] *praem.* et P amorem] m *pr.* s. l. K<sup>1</sup> 6 sic] si J 7  
uerbumque uerum] uerbum quod uere P 8 scientia utique] scientiaque R  
utique *om.* A<sup>a</sup> 9 corde meo J *Eug.* (G P v) 11 qui] quia (a *eras.*) A, N<sup>2</sup>  
S<sup>2</sup> F P 13 quo] quod R S, quia T intellego] *add.* et J 14 °mea *om.* μ  
memor] memoria (ia *eras.*) T 15 redigerat A<sup>a</sup> conspiceret K 16  
uoluntate uult P 19 °non] *add.* per I<sup>2</sup> μ 20 amat] *add.* et P 21 Quod]  
*praem.* et S<sup>3</sup> Ego] ergo (r *eras.*) R tria illa A N F T 23 sed] se R<sup>a</sup>  
25 simplicitatis S °natura V<sup>2</sup>

unus sit deus, tres tamen personae sunt, pater et filius et spiritus sanctus. [43] Aliud est itaque trinitas res ipsa, aliud imago trinitatis in re alia. Propter quam imaginem simul et illud in quo sunt haec tria imago dicitur, sicut imago dicitur  
 30 simul et tabula et quod in ea pictum est, sed propter picturam quae in ea est simul et tabula nomine imaginis appellatur.

XXIII. [XXIII] Verum in illa summa trinitate quae incomparabiliter rebus omnibus antecellit tanta est inseparabilitas ut cum trinitas hominum non possit dici unus homo, illa unus deus et dicatur et sit, nec in uno deo sit illa trinitas, sed unus deus.  
 5 Nec rursus quemadmodum ista imago quod est homo habens illa tria una persona est ita est illa trinitas, sed tres personae sunt, pater filii et filius patris et spiritus patris et filii. Quamuis enim memoria hominis et maxime illa quam pecora non habent, id est qua res intellegibiles ita continentur ut non in  
 10 eam per sensus corporis uenerint, habeat pro modulo suo in hac imagine trinitatis incomparabiliter quidem imparem sed tamen qualemcumque similitudinem patris, itemque intelligentia hominis quae per intentionem cogitationis inde formatur quando quod scitur dicitur et nullius linguae cordis uer-  
 15 bum est habeat in sua magna disparilitate nonnullam similitudinem filii, et amor hominis de scientia procedens et memoriam intellegentiamque coniungens tamquam parenti prolique

26/27 Euseb. Vercell., trin. I, 11 (CC 9, 6, 98). 26 tres personae : τρεῖς ὑποστάσεις ; uide Symb. 'Quicumque,' 24.

XXIII. 3.4 Euseb. Vercell., trin. I, 11 (CC 9, 6, 98) ; uide Symb. 'Quicumque,' 16. 6 tres personae : τρεῖς ὑποστάσεις ; uide Symb. 'Quicumque,' 24. 7 libell. fid. (Clauius 552), 3 (CC 9, 129, 25) ; Matth. 10, 20 ; Gal. 4, 6.

Codd. : AR ; def. BC NOS FJKPT (ILMV).

Test. : 26 unus — 31 appellatur Eug., p. 794, 2-8 ; [Ben., munim. XII, f. 31v]. 27 Aliud pr. — 28 alia [coll., f. 51v].

XXIII. 1 Verum — 17 prolique Eug., p. 794, 12-795, 1 ; [Ben., munim. XII, f. 31v]. 1 Verum — 7 filii alt. Fulg., ad Ferrand., 13 (CC 91, 400-401, 477-484). 4 nec — deus Tolet. XI, p. 18, 17-18.

26 et pr. om. J<sup>a</sup> et alt. om. J 28 <sup>o</sup>alia] aliqua Eug. P 29 sicut — dicitur alt. om. T sicut] add. et A<sup>a</sup> 30 tabula] t s. l. K<sup>1</sup> sed] add. et A<sup>2</sup>.

XXIII. om. AR 2 inseparabilitas] inseparabili// 2 litt. eras. S<sup>a</sup> 3 hominis T dicit (t eras.) T illa] praem. in A μ 4 et pr. om. K et alt. om. A<sup>a</sup> nec] add. recte dici potest Tolet. XI deus] add. trinitas Tolet. XI 5 <sup>o</sup>ista] ita V<sup>a</sup> homo est A 6 est alt.] add. et N<sup>2</sup> F P Fulg. A F ed. 7 pater] add. et eras. A filii pr. om. T<sup>a</sup> <sup>o</sup>spiritus] add. sanctus Eug. (G P v) 8 et om. J<sup>a</sup> 9 qua res] quales S<sup>a</sup> quam (m exp. bis) K res] s i. r. O<sup>2</sup> 10 ea N O<sup>a</sup> K P uenerit K <sup>o</sup>habeant M modolo J<sup>a</sup> 11 <sup>o</sup>hanc imaginem V<sup>a</sup> 12 item A<sup>a</sup> 12/13 intellegentiae S 13 hominis quae] hominisque K 14 cordis] praem. sed N<sup>2</sup> P 15 magna om. P <sup>o</sup>nonnulla M 17 intellegentiam quae (a alt. eras.) R

communis, unde nec parens intellegitur esse nec proles, habeat  
in hac imagine aliquam licet ualde imparem similitudinem  
20 spiritus sancti ; non tamen sicut in ista imagine trinitatis non  
haec tria unus homo sed unius hominis sunt, ita in ipsa summa  
trinitate cuius haec imago est unius dei sunt illa tria, sed unus  
deus est et tres sunt illae, non una persona.

Quod sane mirabiliter ineffabile est uel ineffabiliter mira-  
25 bile, cum sit una persona haec imago trinitatis, ipsa uero sum-  
ma trinitas tres personae sint, inseparabilior est illa trinitas  
personarum trium quam haec unius. Illa quippe in natura  
diuinitatis, siue id melius dicitur deitatis, quod est hoc est,  
atque incommutabiliter inter se ac semper aequalis est, nec  
30 aliquando non fuit aut aliter fuit, nec aliquando non erit aut  
aliter erit.

Ista uero tria quae sunt in impari imagine, etsi non locis  
quoniam non sunt corpora, tamen inter se nunc in ista uita PL 1091  
magnitudinibus separantur. Neque enim quia moles nullae μ 997  
35 ibi sunt ideo non uidemus in alio maiorem esse memoriam  
quam intellegentiam, in alio contra ; in alio duo haec amoris  
magnitudine superari siue sint ipsa duo inter se aequalia siue  
non sint. Atque ita a singulis bina et a binis singula et a  
singulis singula maioribus minora uincuntur. Et quando inter  
40 se aequalia fuerint ab omni languore sanata, nec tunc aequabi-  
tur rei natura immutabili ea res quae per gratiam non muta-  
tur quia non aequatur creatura creatori, et quando ab omni  
languore sanabitur mutabitur.

22/23 Euseb. Vercell., trin. I, 11 (CC 9, 6, 98) ; uide Symb. 'Quicumque,' 16.  
23.26 tres personae : τρεῖς ὑποστάσεις ; uide Symb. 'Quicumque,' 24. 30 Symb.  
Nicaen., 19a (anath.).

Codd. : 37 (magnitu)dine — xxvi, 28 in(sufflasset) def. A ; R ; def. B C N O S  
F J K P T (I L M V).

Test. : 18 communis — 43 mutabitur *Eng.*, p. 795, 1-26 ; [*Ben., munim.* XII, f. 31v-  
32]. 20 non — 23 persona *Fulg., ad Ferrand.*, 13 (CC 91, 401, 484-488). 24  
Quod — 27 unius *Fulg., ad Ferrand.*, 13 (CC 91, 401, 491-494).

18 esse intelligitur T °esse om. M prolis K<sup>a</sup> 19 °imaginem V 20  
non alt.] del. S<sup>2</sup> 22 haec om. S unius] praem. non N O J P unus] unius  
(i eras.) N 23 sunt om. T 25 cum] praem. quia N<sup>2</sup> 26 inseparabilior] or  
i. r. S<sup>2</sup>, inseparabiliorque S<sup>3</sup> 28 id] ut K<sup>2</sup> °dicatur μ 29 ac] hac R<sup>a</sup>  
34/35 ibi nullae P 35 sunt ibi J uidimus A<sup>a</sup> in om. R<sup>a</sup> 36 °alio pr.]  
add. autem A<sup>2</sup>, add. autem e L contra] loco tria S<sup>a</sup> °in alio alt. om. L 37  
ista P duo om. S 38 sint] add. aequalia N O *Eng.* (G P v) ita] add. et  
S F J K P *Eng.* (G P v) 39 °maioribus] praem. a μ 39/43 quia non aequatur  
creatura creatori et quando ab omni languore sanabitur, et quando inter se aequalia  
fuerint ab omni languore sanata, nec tunc aequabitur ei natura immutabili ea res  
quae per gratiam non mutabitur K 40 langore R<sup>a</sup> °nec] ne L<sup>a</sup> 41 °rei]  
r eras. R, ei T M °naturae I R<sup>2</sup> immutabili ea] immutabiliae (ae eras.) R °in-  
commutabili M non] praem. iam N<sup>2</sup> 41/42 mutabitur R F P T *Eng.* (G P v)  
μ 42/43 quia — mutabitur om. R P 42 aequabitur T 43 sanabitur] add.  
et F

[44] Sed hanc non solum incorporalem uerum etiam summe  
 45 inseparabilem uereque immutabilem trinitatem cum uenerit  
 uisio quae *facie ad faciem* nobis promittitur, multo clarius  
 certiusque uidebimus quam nunc eius imaginem quod nos  
 sumus. *Per* quod tamen *speculum* et *in* quo *aenigmate* qui  
 uident sicut in hac uita uidere concessum est non illi sunt qui  
 50 ea quae digessimus et commendauimus in sua mente conspi-  
 ciunt, sed illi qui eam tamquam imaginem uident ut possint  
 ad eum cuius imago est quomodocumque referre quod uident  
 et *per imaginem* quam conspiciendo uident etiam illud uidere  
 coniciendo quoniam nondum possunt *facie ad faciem*. Non  
 55 enim ait apostolus : '*Videmus nunc speculum,*' sed : '*Vi-*  
*demus per speculum.*'

XXIV. [XXIV] Qui ergo uident suam mentem quomodo uideri  
 potest et in ea trinitatem istam de qua multis modis ut potui  
 disputaui, nec tamen eam credunt uel intellegunt esse imagi-  
 nem dei. Speculum quidem uident, sed usque adeo non uident  
 5 per speculum qui est *per speculum nunc* uidendus ut nec ipsum  
 speculum quod uident sciant esse speculum, id est imaginem.  
 Quod si scirent, fortassis et eum cuius est hoc speculum per  
 hoc quaerendum et per hoc utcumque interim uidendum esse  
 sentirent *fide non ficta* corda mundante ut *facie ad faciem* possit  
 10 uideri qui *per speculum nunc* uidetur. Qua fide cordium mun-  
 datrice contempta quid agunt intellegendo quae de natura

46/48 I Cor. 13, 12. 54/56 I Cor. 13, 12.

xxiv. 3 credunt uel intellegunt : Is. 7, \*9. 5 I Cor. 13, 12. 9 I Tim. 1, 5.  
 9/10 I Cor. 13, 12.

Codd. : R ; def. ABC NOS FJKPT (ILMV).

Test. : 44 Sed — 56 speculum *Eug.*, p. 795, 26-796, 9 ; [*Ben.*, *munim.* XII, f. 32].

xxiv. 1 Qui — 11 natura [*Ben.*, *munim.* XII, f. 32-32v].

45 uere quae R<sup>a</sup> °cum uenerit] conuenerit V<sup>a</sup> 46 facie] faciem R O<sup>a</sup>  
 °nobis promittitur] repromittitur nobis μ 46/47 certius clariusque J  
 47 quam nunc] bis S<sup>a</sup> nunc] add. in K imagine K 48 Per] praem. xxiiii  
 T<sup>2</sup> 49 °uidet] uidens V concessum] conces// 2 litt. eras. S<sup>a</sup> 50/51  
 conspiciant S<sup>2</sup> 51 °possit V<sup>c</sup> 52 perferre J<sup>a</sup> 53 et om. K °uidet]  
 uiderint I 54 facie] faciem R, (m eras.) N, O<sup>a</sup> 55 Videmus] mus i. r. N<sup>2</sup>,  
 uidebimus O K nunc] tunc N O<sup>3</sup> °speculum] praem. per eras. N, O S V K,  
 praem. in I *Eug.* (G P v) 55/56 Videmus] add. nunc N O S *Eug.* (G P v) μ.

xxiv. om. R T 1 °sua mente I °uideri] uidere R<sup>a</sup>, om. V 2 ea om. T<sup>a</sup>  
 °trinitate I V °ista I 3 ea R 5 qui] praem. eum S 6 scient K  
 7 °scient M<sup>a</sup> 9 °corda] om. R, corde V facie] faciem R, (m eras.) N, O<sup>a</sup>  
 posset P<sup>2</sup> 10 uidere R<sup>a</sup> K<sup>a</sup> °uidetur] uideretur I<sup>a</sup> °Qua] quia R,  
 quam I °fidem I 10/11 °mundatricem I °cum tempta L

mentis humanae subtilissime disputantur nisi ut ipsa quoque  
 intelligentia sua teste damnentur? In qua utique non labora-  
 rent et uix ad certum aliquid peruenirent nisi poenalibus  
 15 tenebris inuoluti et onerati corpore corruptibili quod aggrauat  
 animam. Quo tandem merito inflictio malo isto nisi peccati?  
 Vnde tanti mali magnitudine admoniti sequi deberent agnum  
*qui tollit peccatum mundi.*

xxv. [XXV] Ad eum namque pertinentes etiam longe istis inge-  
 nio tardiores quando fine uitae huius resoluuntur a corpore ius  
 in eis retinendis non habent inuidiae potestates. Quas ille agnus PL 1092  
 sine ullo ab eis peccati debito occisus non potentia potestatis  
 5 priusquam iustitia sanguinis uicit. Proinde liberi a diaboli  
 potestate suscipiuntur ab angelis sanctis a malis omnibus  
 liberati per mediatorem dei et hominum hominem Christum  
 Iesum, quoniam consonantibus diuinis scripturis et ueteribus  
 et nouis et per quas praenuntiatus et per quas annuntiatus est  
 10 Christus, *non est aliud nomen sub caelo in quo oportet homines  
 saluos fieri.* Constituuntur autem purgati ab omni contagione  
 corruptionis in placidis sedibus donec recipiant corpora sua,  
 sed iam incorruptibilia quae ornent non onerent. Hoc enim  
 placuit optimo et sapientissimo creatori ut spiritus hominis  
 15 deo pie subditus habeat feliciter subditum corpus et sine fine  
 permaneat ipsa felicitas.

[45] Ibi ueritatem sine ulla difficultate uidebimus eaque  
 clarissima et certissima perfruemur. Nec aliquid quaeremus

13/15 Matth. 11, 28. 15 Iob 37, 19. 15/16 Sap. 9, \*15. 17 Apoc. 14, 4.  
 18 Ioh. 1, 29.

xxv. 3/4 Apoc. 5, 12. 5/6 Col. 1, 13. 6 off. defunct., oratio: ... a  
 sanctis angelis suscipi. 7/8 1 Tim. 2, 5. 10/11 Act. 4, \*12.

Codd.: R; def. ABC NOS FJKPT (ILMV).

Test.: 12 mentis — 18 mundi [Ben., *munim.*, XII, f. 32v].

xxv. 1 Ad — 18 quaeremus [Ben., *munim.* XII, f. 32v].

12 ipsam (in *eras.*) S quaeque P<sup>a</sup> 13 damnentur S<sup>a</sup> 15 honorati R<sup>a</sup> J K  
 corpore] *praem.* essent P<sup>2</sup> 16 inflictio] affliguntur *i. r.* N<sup>2</sup> 17 Vnde]  
 ut de S<sup>3</sup>, *praem.* xxv T<sup>2</sup> deliberent T 18 peccata N K P.

xxv. *om.* R T 2 °huius uitae μ a *om.* R corporae (e *eras.*) R ius]  
 uis R<sup>2</sup> P 3 °habentis I °inuide L, inuidet V<sup>a</sup> 5 iustia K<sup>a</sup> 5/6  
 °potestate diaboli L, potestate (postate I *m.*) diabuli V<sup>2</sup> 6 °omnibus]  
 hominibus V 7/8 °iesum christum I μ 10 est *om.* R<sup>a</sup> °oportet] o *pr.*  
*s. l.* K<sup>1</sup>, oporteat S<sup>3</sup> L hominis R<sup>a</sup> 11 °constituentur L °omnem conta-  
 gionem V<sup>a</sup> contagione] cogitatione P 13 corruptibilia S<sup>a</sup> ornent]  
*del.* S<sup>2</sup> onerent] honorent R<sup>a</sup> 15 pie deo T °subditus pie M piaie R  
 abeat T et *om.* K<sup>a</sup> 16 ipsa] ista J μ 17 Ibi] ubi T ea S<sup>a</sup> J<sup>a</sup> 18  
 °perfruemur S<sup>a</sup>, perfruemur M quaerimus R<sup>a</sup> S<sup>a</sup>

mente ratiocinante, sed contemplante cernemus quare non  
 20 sit filius spiritus sanctus, cum de patre procedat. In illa luce  
 nulla erit quaestio. Hic uero ipsa experientia tam mihi appa-  
 ruit esse difficilis, quod et illis qui haec diligenter atque  
 intellegenter legent procul dubio similiter apparebit, ut cum  
 me in secundo huius operis libro alio loco inde dicturum esse  
 25 promiserim, quotienscumque in ea creatura quae nos sumus  
 aliquid illi rei simile ostendere uolui, qualemcumque intel-  
 lectum meum sufficiens elocutio mea secuta non fuerit, quam-  
 uis et in ipso intellectu conatum me senserim magis habuisse  
 quam effectum, et in una quidem persona quod est homo in-  
 30 uenisse imaginem summae illius trinitatis, et in re mutabili  
 tria illa ut facilius intellegi possint etiam per temporalia inter-  
 ualla maxime in libro nono monstrare uoluisse. Sed tria unius  
 personae non sicut humana poscit intentio tribus illis personis  
 conuenire potuerunt sicut in hoc libro quinto decimo de-  
 35 monstrauius.

XXVI. [XXVI] Deinde in illa summa trinitate quae deus est inter-  
 ualla temporum nulla sunt per quae possit ostendi aut saltem  
 requiri utrum prius de patre natus sit filius et postea de ambo-  
 bus processerit spiritus sanctus quoniam scriptura sancta  
 5 spiritum eum dicit amborum. Ipse est enim de quo dicit  
 apostolus : *Quoniam autem estis filii, misit deus spiritum filii*

24/25 in secundo ... libro ... promiserim : II, III, 33/34. 32 in libro nono : IX, VII ; IX - X.

XXVI. 3 Symb. Nicaen., 6. 4/5 Matth. 10, 20 ; Gal. 4, 6 ; libell. fid. (Clauis 552), 3 (CC 9, 129, 25). 6/7 Gal. 4, 6.

Codd. : R ; def. ABC NOS FJKPT (ILMV).

Test. : 19 mente — 21 quaestio [Ben., munim. XII, f. 32v].

XXVI. 1 Deinde — 6 filii alt. [Theodulf., spir. (PL 105, 261)] ; [coll., f. 51v].  
 1 in — 6 filii alt. [process. (PL 101, 69)].

19 ratiocinante R T<sup>a</sup>, ratiocinantes S contemplantes S cernimus R<sup>a</sup> K 20  
 °spiritus] bis M 21 ipsa om. J<sup>a</sup> 21/22 esse apparuit N O 22 hac R<sup>a</sup>  
 23 legant R, legunt T 24 me om. P dicturum] dicturum// (2 litt. eras.) O,  
 add. me P 25 quotiescumque N S<sup>a</sup> 26 illi om. R rei] r eras. R, re K<sup>a</sup>  
 °qualecumque I 27 meum] praem. quo natum R<sup>a</sup> mea om. F K T 29  
 °affectum J, effectu I homo] praem. et R<sup>a</sup> 30 illius om. R 31/32 inter  
 nulla S 32 unius] huius R 33 possit P.

XXVI. om. R 1 est om. J<sup>a</sup> 2 posset J saltem] saltim S J, (i ex c per ras.)  
 K 3 °filius om. V 5 spiritum] sp̄m (m i. r.) O<sup>2</sup> enim est S K 6/9  
 apostolus — uobis] idem filius non enim uos estis qui loquimini sed spiritus patris  
 uestri qui loquitur in uobis. Et ipse est de quo dicit apostolus quoniam estis filii,  
 misit deus spiritum filii in corda uestra P 6 °autem] enim L filii pr.] add.  
 dei S<sup>3</sup> J K<sup>2</sup>

*sui in corda nostra, et ipse est de quo dicit idem filius : Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis.* Et multis aliis diuinorum eloquiorum testimoniis  
 10 comprobatur patris et filii esse spiritum qui proprie dicitur in trinitate spiritus sanctus, de quo item dicit ipse filius : *Quem ego mitto uobis a patre, et alio loco : Quem mittet pater in nomine meo.* De utroque autem procedere sic docetur quia PL 1093  
 ipse filius ait : *De patre procedit, et cum resurrexisset a mortuis*  
 15 *et apparuisset discipulis suis, insufflauit et ait : Accipite spiritum sanctum, ut eum etiam de se procedere ostenderet, et ipsa est uirtus quae de illo exhibat sicut legitur in euangelio, et sanabat omnes.*

[46] Quid uero fuerit causae ut post resurrectionem suam  
 20 et in terra prius daret et de caelo postea mitteret spiritum sanctum, hoc ego existimo quia per ipsum donum diffunditur caritas in cordibus nostris qua diligamus deum et proximum secundum duo illa praecepta in quibus *tota lex pendet et prophetarum.* Hoc significans dominus Iesus bis dedit spiritum  
 25 sanctum, semel in terra propter dilectionem proximi et iterum de caelo propter dilectionem dei. Et si forte alia ratio reddatur de bis dato spiritu sancto, eundem tamen spiritum datum cum insufflasset Iesus de quo mox ait : *Ite, baptizate gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti, ubi maxime commen-*

7/9 Matth. 10, 20. 10 libell. fid. (Claui 552), 3 (CC 9, 129, 25). 12 Ioh. 15, \*26. 12/13 Ioh. 14, 26. 14 Ioh. 15, \*26. 15/16 Ioh. 20, \*22. 17/18 Luc. 6, 19. 19/20 Ioh. 20, 22. 20/21 Act. 2, 4 ; Ioh. 15, 26. 21/22 Rom. 5, \*5. 22/24 Matth. 22, 38.39-40. 24/25 Ioh. 20, 22. 25/26 Act. 2, 4 ; Ioh. 15, 26. 27/28 Ioh. 20, 22. 28/30 cf. Greg. Illib., fid. orth., prol. (PL 17, 581<sup>c</sup>). 28/29 Matth. 28, \*19.

Codd. : usque ad 28 in(sufflasset) def. A ; R ; def. B C NOS F J K P T (I L M V).

Test. : 7 sui — 26 dei [Theodulf., spir. (PL 105, 261)]. 7 sui — 18 omnes [process. (PL 101, 69)]. 7 sui — 9 uobis [coll. f. 51<sup>v</sup>-52]. 13 De — 18 omnes Hadr., p. 9, 33-37. 19 Quid — 29/30 commendatur Eug., p. 796, 13-24. 23 secundum — 29/30 commendatur [Beat., adu. Elipand. I, x-xi (PL 96, 900)]. 24 Hoc — 26 dei Hadr., p. 9, 37-38.

7 <sup>o</sup>nostra] uestra μ et] praem. clamantem R 8 uestri] add. est R J 10 comprobatur] quo probatur S<sup>a</sup> spiritus i. r. N<sup>2</sup> 11 sanctus om. R idem R S<sup>a</sup> 12 mitto] mittam P μ mittet] mittit R<sup>a</sup> S<sup>a</sup> K <sup>o</sup>pater om. M 13 utrumque R <sup>o</sup>dicitur Hadr. V quia] qua N<sup>a</sup> 14 De] praem. hic S 15 suis om R P insufflauit] ffir O<sup>2</sup> 16 ipse F 17 <sup>o</sup>est om. Hadr. exiebat R S K T, (e alt. eras.) N O <sup>o</sup>sicut] ut Hadr. eugelio T<sup>a</sup> 19 resurrectionem T 20 <sup>o</sup>et pr om Eug. V 21 ego] ergo R, (r eras.) S, J Eug. (G<sup>a</sup>M P V v) 22 qua] quia R, (i eras.) S diligamus] ita R S J K T Eug. (G M P V v), diligimus cett. codd. μ 24 <sup>o</sup>dedit] dedisse Eug. V 25 <sup>o</sup>terram I 27 <sup>o</sup>spiritu sancto bis dato μ <sup>o</sup>spiritu sancto dato L V datum tamen spiritum F spiritum] add. sanctum J Eug. V μ 28 insufflasset O<sup>a</sup> Eug. V <sup>o</sup>gentes] praem. omnes μ 29 spiritu T<sup>a</sup>

30 datur haec trinitas, ambigere non debemus. Ipse est igitur qui etiam de caelo datus est die pentecostes, id est post dies decem quam dominus ascendit in caelum.

Quomodo ergo deus non est qui dat spiritum sanctum? Immo quantus deus est qui dat deum? Neque enim aliquis  
35 discipulorum eius dedit spiritum sanctum. Orabant quippe ut ueniret in eos quibus manum imponebant, non ipsi eum dabant. Quem morem in suis praepositis etiam nunc seruat ecclesia. Denique et Simon magus offerens apostolis pecuniam, non ait: *Date et mihi hanc potestatem ut 'dem spiritum sanc-*  
40 *tum,'* sed: *cuicumque*, inquit, *imposuero manus accipiat spiritum sanctum*, quia neque scriptura superius dixerat: 'Videns autem Simon quod apostoli darent spiritum sanctum,' sed dixerat: *Videns autem Simon quod per impositionem manuum apostolorum datur spiritus sanctus.*

45 Propter hoc et dominus ipse Iesus spiritum sanctum non solum dedit ut deus sed etiam accepit ut homo, propterea dictus est plenus gratia. Et manifestius de illo scriptum est in actibus apostolorum: *Quoniam unxit eum deus spiritu sancto*, non utique oleo uisibili sed dono gratiae quod uisibili  
50 significatur unguento quo baptizatos ungit ecclesia. Nec sane tunc unctus est Christus spiritu sancto quando super eum baptizatum uelut columba descendit; tunc enim corpus suum, id est ecclesiam suam, praefigurare dignatus est in qua praecipue baptizati accipiunt spiritum sanctum. Sed ista mystica  
55 et inuisibili unctione tunc intellegendus est unctus quando *uerbum dei caro factum est*, id est quando humana natura sine ullis praecedentibus bonorum operum meritis deo uerbo est PL 1094

31/32 Act. 2, \*4. 35/36 Act. 8, 15-17. 38 Act. 8, 18. 39/41 Act. 8, 19.  
41/44 Act. 8, \*18. 46 Eph. 4, 8. Ps. 67, \*19. 47 Ioh. 1, \*14. 48/49.  
51 Act. 10, \*38. 51/52 Matth. 3, 16; Marc. 1, 10; Luc. 3, 22; Ioh. 1, 32-33.  
51 Ioh. 1, 32-33. 52 Luc. 3, \*22. 52/53 Col. 1, 24. 56 Ioh. 1, 14.

Codd.: AR; def. BC NOS FJKPT (ILMV).

Test.: 30 haec — 57 est [Beat., adu. Elipand. I, xi-xii (PL 96, 900-901)]. 30 haec — 38 ecclesia Eug., p. 796, 24-797, 9. 34 Neque — 38 ecclesia [Amalar., off. I, xxvii, 26 (p. 148)].

31<sup>o</sup> de caelo etiam  $\mu$  pentecosten K 31/32<sup>o</sup> diem decimum Eug. V 32<sup>o</sup> quam] quando M <sup>o</sup>caelum] add. quomodo ergo deus non est qui dominus ascendit in caelum Eug. V 34 quantum R <sup>o</sup>est om. M<sup>a</sup> 35 <sup>o</sup>eiusdem V<sup>a</sup> 36 in] s. l. T<sup>1</sup> 36/37 dant R 37 seruant R 38 <sup>o</sup>offerens] add. a mortuis V<sup>a</sup> 40 cuique R<sup>a</sup> 41 dixerat] praem. hoc K<sup>2</sup> 42 quod] quia N 43 Simon om. N P per om. S impositionem] m alt. eras. S 44 <sup>o</sup>dabatur P, daretur M  $\mu$  45 dominus] deus J<sup>a</sup> 46 <sup>o</sup>dedit solum L 47 <sup>o</sup>est pr.] et  $\mu$  gratia] add. et spiritu sancto i. mg. O<sup>3</sup>, N  $\mu$  48 unxit K deus] d<sup>s</sup> (s. i. r.) N<sup>2</sup> O<sup>2</sup>, dominus S spiritu] praem. de R 49 utique] itaque T 50 unguento R O<sup>a</sup> quod R baptizat R<sup>a</sup> unguit N<sup>2</sup> O<sup>3</sup> S<sup>3</sup> P T  $\mu$  sane] tamen K 51 unctus] c. s. l. K<sup>1</sup> <sup>o</sup>Christus om. V <sup>o</sup>spiritus sanctus V<sup>a</sup> 55 unctione T<sup>a</sup> 56 dei om. J<sup>a</sup> T humana] huma S<sup>a</sup> 57 meritis bonorum operum F est] add. unita K<sup>2</sup>

in utero uirginis copulata ita ut cum illo fieret una persona.  
 Ob hoc eum confitemur natum de spiritu sancto et uirgine  
 60 Maria. Absurdissimum est enim ut credamus eum cum iam  
 triginta esset annorum (eius enim aetatis a Iohanne baptizatus  
 est) accepisse spiritum sanctum, sed uenisse ad illud baptisma  
 sicut sine ullo omnino peccato ita non sine spiritu sancto. Si  
 enim de famulo eius et praecursore ipso Iohanne scriptum  
 65 est : *Spiritu sancto replebitur iam inde ab utero matris suae*,  
 quoniam quamuis seminatus a patre, tamen spiritum sanctum  
 in utero formatus accepit, quid de homine Christo intellegen-  
 dum est uel credendum cuius carnis ipsa conceptio non carnalis  
 sed spiritalis fuit ? In eo etiam quod de illo scriptum est,  
 70 quod acceperit a patre promissionem spiritus sancti et effuderit  
 utraque natura monstrata est, et humana scilicet et diuina.  
 Accepit quippe ut homo, effudit ut deus. Nos autem accipere  
 quidem hoc donum possumus pro modulo nostro ; effundere  
 autem super alios non utique possumus, sed ut hoc fiat deum  
 75 super eos a quo id efficitur inuocamus.

[47] Numquid ergo possumus quaerere utrum iam processer-  
 at de patre spiritus sanctus quando natus est filius, an  
 nondum processerit et illo nato de utroque processit ubi  
 nulla sunt tempora sicut potuimus quaerere ubi inuenimus  
 80 tempora uoluntatem prius de humana mente procedere ut  
 quaeratur quod inuentum proles uocetur, quia iam parta seu  
 genita uoluntas illa perficitur eo fine requiescens ut qui fuerat  
 appetitus quaerentis sit amor fruentis qui iam de utroque, id  
 est de gignente mente et de genita notione, tamquam de pa-  
 85 rente ac prole procedat ? Non possunt prorsus ista ibi quaeri  
 ubi nihil ex tempore inchoatur ut consequenti perficiatur in

μ 1000

59/60 Symb. Afric., 3. 61/62 Luc. 3, 21-23 65 Luc. 1, \*15. 66/69 cf. XIII, xviii. 70/71 Act. 2, 33. 76/77 Ioh. 15, \*26. 77 Symb. Rom.-Mediol. III, 3. 78 uide Symb. 'Quicumque,' 22.

Codd. : AR ; def. BC NOS FJ ; 58 copulata — xxvii, 24 patris def. K ; PT (ILMV).

Test. : 58 in — 69 fuit [Beat., adu. Elipand. I, xii (PL 96, 901)]. 76 Numquid — 86 in [Theodulf., spir. (PL 105, 261-262)].

58 in] *praem.* et K ut] *aut* (a *eras.*) N 59 confitemur eum P 59/60 maria uirgine A<sup>a</sup> S 61 esset triginta N esset *om.* J<sup>a</sup> enim *om.* J<sup>a</sup> 62 <sup>o</sup>ad illud] illum ad μ <sup>o</sup>uenisset M 64 famulo] famulo (i *ex u per ras.*) O <sup>o</sup>ipso *om.* M<sup>a</sup> 66 <sup>o</sup>spiritu sancto M<sup>2</sup> 67 accipit R<sup>a</sup> qui R<sup>a</sup> Christo] *add.* homine J 69 fuit *om.* R eo] hoc R 70/71 effude S<sup>a</sup> 71 <sup>o</sup>naturam V<sup>a</sup> humana] huma A<sup>a</sup> 72 ut *alt. om.* S<sup>a</sup> 73 pro modulo nostro possumus S <sup>o</sup>effudere V<sup>a</sup> 74 <sup>o</sup>hoc *om.* M 75 id] hoc ARP 76 possumus] debemus O<sup>a</sup> 76/77 de patre spiritus sanetus processerat J 79 ubi *om.* S<sup>a</sup> 80 tempore S<sup>a</sup> <sup>o</sup>uoluntate I de *om.* S<sup>a</sup> ut] *add.* id S<sup>2</sup> 81 <sup>o</sup>prolis M quia] qui R<sup>a</sup>, qua ASFJP T μ 83 fruentis *om.* T 84 notione] motione A<sup>a</sup>, cogitatione R 85 ac] et F procedatur A<sup>a</sup>

tempore. Quapropter qui potest intellegere sine tempore generationem filii de patre intellegat sine tempore processionem spiritus santi de utroque. Et qui potest intellegere in eo quod  
 90 ait filius : *Sicut habet pater uitam in semetipso sic dedit filio uitam habere in semetipso*, non sine uita existenti iam filio uitam patrem dedisse sed ita eum sine tempore genuisse ut uita quam pater filio gignendo dedit coaeterna sit uitae patris qui dedit, intellegat sicut habet pater in semetipso ut et de  
 95 illo procedat spiritus sanctus sic dedisse filio ut de illo procedat idem spiritus sanctus et utrumque sine tempore, atque ita dictum spiritum sanctum de patre procedere ut intellegatur quod etiam procedit de filio, de patre esse filio. Si enim quidquid habet de patre habet filius, de patre habet utique ut et de  
 100 illo procedat spiritus sanctus. Sed nulla ibi tempora cogitentur quae habent prius et posterius quia ibi omnino nulla sunt.

Quomodo ergo non absurdissime filius diceretur amborum cum sicut filio praestat essentiam sine initio temporis, sine ulla mutabilitate naturae de patre generatio, ita spiritui  
 105 sancto praestet essentiam sine ullo initio temporis, sine ulla mutabilitate naturae de utroque processio? Ideo enim cum spiritum sanctum genitum non dicamus, dicere tamen non audemus ingenitum ne in hoc uocabulo uel duos patres in illa trinitate uel duos qui non sunt de alio quispiam suspicetur.  
 110 Pater enim solus non est de alio, ideo solus appellatur ingenitus, non quidem in scripturis sed in consuetudine disputantium et de re tanta sermonem qualem ualuerint proferen-

88 Symb. Nicacn., 6; Ioh. 1, \*14; 8, \*42; 16, \*28; uide Symb. 'Quicumque,' 21. 88/89 uide Symb. 'Quicumque,' 22. 90/91.94/95 Ioh. 5, \*26. 94/95.97 Ioh. 15, \*26. 95/96 uide Symb. 'Quicumque,' 22. 98 uide Symb. 'Quicumque,' 22. 99/100 Ioh. 15, \*26. 107 uide Symb. 'Quicumque,' 22. 111/113 cf. Ambr., incarn., 8, 80 (CSEL 79, 264-265, 13/19).

Codd. : *AR*; def. *BC NOS FJPT*; def. *K (ILMV)*.

Test. : 87 tempore — 112/113 proferendum [*Theodulf., spir. (PL 105, 262)*]. 87 Quapropter — 112/113 proferendum [*coll., f. 52-53*]. 87 qui — 101 sunt, 103 sicut — 112/113 proferendum [*process. (PL 101, 75)*]. 110 Pater — 112/113 proferendum [*LC III, II (p. 112, 30-31)*].

87 intellere *S<sup>a</sup>* 89 Et] ut *S* 90 pater habet *S* °pater om. *V* 90/91 sic — semetipso] *exp. A<sup>2</sup>, om. R* 90 dedit om. *J<sup>a</sup>* filio] *praem. et F* 91 habere om. *S<sup>a</sup>* uita] ita *S<sup>a</sup>* existendi *R<sup>a</sup>* 92 °temporis *L<sup>a</sup>* 93 uita] uitā (= *eras.*) *N*, uitam *T* 94 et om. *N O S F P T μ* 95 de] *praem. ct O S F P* 96 °idem om. *V<sup>a</sup>* °temporis *L<sup>a</sup>* 97 °spiritum] *praem. ante I* ut] *add. et O* 98 etiam quod *P* *essc*] *add. ct A<sup>2</sup> S F J* Si] sic (= *eras.*) *R* 99 habet utique] utique (habet om.) *P*, utique habet *P<sup>2</sup>* °et om. *I* 101 °habet *I<sup>a</sup>* °omnino nulla ibi *μ* omnino ibi *A S F J T* ibi om. *R* 102 ergo om. *S<sup>a</sup>* 104 °spiritu *I* 107 non tamen *T* 109 sint *S<sup>2</sup>* 110 solus *alt. om. A<sup>a</sup> R* 112 re om. *A<sup>a</sup>* °sermone *M* °qualem] *add. ut S<sup>3</sup>, qualc M* uoluerint *J<sup>a</sup>*

tium. Filius autem de patre natus est, et spiritus sanctus de patre principaliter, et ipso sine ullo interuallo temporis dan-  
 115 te, communiter de utroque procedit. Diceretur autem filius patris et filii si, quod abhorret ab omnium sanorum sensibus, eum ambo genuissent. Non igitur ab utroque est genitus sed procedit ab utroque amborum spiritus.

XXVII. [XXVII 48] Verum quia in illa coaeterna et aequali et incorporali et ineffabiliter immutabili atque inseparabili trinitate difficillimum est generationem a processione distinguere, sufficiat interim eis qui extendi non ualent amplius id quod  
 5 de hac re in sermone quodam proferendo ad aures populi christiani diximus dictumque conscripsimus. Inter cetera enim cum per scripturarum sanctarum testimonia docuissem de utroque procedere spiritum sanctum : *Si ergo, inquam, et de patre et de filio procedit spiritus sanctus, cur filius dixit :  
 10 De patre procedit ? Cur, putas, nisi quemadmodum solet ad eum referre et quod ipsius est de quo et ipse est ? Vnde illud est quod ait : Mea doctrina non est mea sed eius qui me misit. Si igitur hic intellegitur eius doctrina quam tamen dixit non suam sed patris, quanto magis illic intellegendus est et de ipso procedere  
 15 spiritus sanctus ubi sic ait : De patre procedit, ut non diceret : 'De me non procedit' ? A quo autem habet filius ut sit deus (est enim de deo deus), ab illo habet utique ut etiam de illo procedat*

113 Symb. Nicaen., 6. 113/115 Ioh. 15, \*26. 115 uide Symb. 'Quicumque,' 22. 117/118 uide Symb. 'Quicumque,' 22.

xxvii. 8/36 Aug., in ioh. euang., tract. XCIX, 8-9 (CC 36, 587, 1/18). 10 Ioh. 15, \*26. 12 Ioh. 7, \*16. 15 Ioh. 15, \*26. 17 Symb. Nicaen., 8.

Codd. : xxvii, 8 inquam — 99 duo def. A ; R ; def. B C N O S F J P T ; def. K (I L M V).

Test. : 113 Filius — 118 spiritus [Theodulf., spir. (PL 105, 262)]. 115 Diceretur — 118 spiritus [LC III, II (p. 112, 31-32, 35-37)]. 113 Filius — 115 procedit [coll., f. 53] ; [process. (PL 101, 75)].

xxvii. 1 Verum — 17 procedat Eng., p. 799, 11-800, 1 ; [Theodulf., spir. (PL 105, 262-263)] ; [process. (PL 101, 76-77)]. 7 cum — 17 procedat [Smar., p. 239, 7-15] ; [Carolus magnus, epist. XIX (PL 98, 929)]. 16A — 17 procedat [process. (PL 101, 75)].

113/114 principaliter de patre R 114 °temporis interuallo μ 114/115 °dant L<sup>a</sup> 116 si quod] sicut R 117 ambo eum S eum] praem. si R<sup>2</sup> 118 spiritus] add. sanctus A<sup>2</sup> S.

xxvii. om. A R P 1 coaequali T 1/2 incorporali] incomparabili T 2 ineffabiliter] ineffabili et P immutali J inserabili S<sup>a</sup> 3 a] ac S processionem S 4 amplius] praem. in i. mg. A<sup>2</sup> °id] hic I 5 °quaedam V 6 Inter] in R, praem. xxviii P 9 °cur] quod M 11 referre] referret R et pr.] id R, om. F P de] praem. et S<sup>2</sup> et alt.] del. S<sup>2</sup>, om. Eng. V °illud] praem. et M μ 11/12 quod ait om. R 12 misit me R<sup>a</sup> P 13 intellegitur hic P tamen om. S dicit T 14 procidere R<sup>a</sup> 16 non om. P °autem] ut praediximus Alc. sit] si R<sup>a</sup> T<sup>a</sup> 17 ut om. R °de illo etiam μ 17/18 de alt. — etiam om. S<sup>a</sup>

spiritus sanctus, ac per hoc spiritus sanctus ut etiam de filio μ 1001  
 procedat sicut procedit de patre ab ipso habet patre. Hic utcumque  
 20 etiam illud intellegitur quantum a talibus quales nos sumus in-  
 tellegi potest cur non dicatur natus esse sed potius procedere spiri-  
 tus sanctus quoniam si et ipse filius diceretur, amborum utique  
 filius diceretur, quod absurdissimum est. Filius quippe nullus  
 25 est duorum nisi patris et matris. Absit autem ut inter deum pa-  
 trem et deum filium tale aliquid suspicemur quia nec filius  
 hominum simul et ex patre et ex matre procedit, sed cum in ma-  
 trem procedit ex patre non tunc procedit ex matre, et cum in hanc  
 lucem procedit ex matre non tunc procedit ex patre. Spiritus  
 autem sanctus non de patre procedit in filium et de filio procedit  
 30 ad sanctificandam creaturam, sed simul de utroque procedit,  
 quamvis hoc filio pater dederit ut quemadmodum de se ita de PL 1096  
 illo quoque procedat. Neque enim possumus dicere quod non  
 sit uita spiritus sanctus cum uita pater, uita sit filius. Ac per  
 hoc sicut pater cum habeat uitam in semetipso dedit et filio habere  
 35 uitam in semetipso, sic ei dedit uitam procedere de illo sicut  
 procedit et de ipso. Haec de illo sermone in hunc librum  
 transtuli sed fidelibus non infidelibus loquens.

[49] Verum si ad hanc imaginem contuendam et ad uidenda  
 ista quam uera sint quae in eorum mente sunt nec tria sic  
 40 sunt ut tres personae sint sed omnia tria hominis sunt quae  
 una persona est minus idonei sunt, cur non de illa summa  
 trinitate quae deus est credunt potius quod in sacris litteris  
 inuenitur quam poscunt liquidissimam reddi sibi rationem  
 quae ab humana mente tarda scilicet infirmaque non capitur?  
 45 Et certe cum inconcusse crediderint scripturis sanctis tam-

19 Ioh. 15, \*26. 21/22.30 uide Symb. 'Quicumque,' 22. 34/35 Ioh. 5, 26.

Codd. : R ; def. ABC NOS F J ; usque ad 24 patris def. K ; P T  
 (J L M V).

Test. : 18 spiritus pr. — 45/46 tamquam *Eng.*, p. 800, 1-801, 3 ; [*Theodulf.*, spir. (PL 105, 263)]. 18 spiritus pr. — 19 patre alt. [*Smar.*, p. 239, 15-16] ; [*Carolus magnus*, epist. XIX (PL 98, 929)] ; [*process.* (PL 101, 75 et 77)]. 28 Spiritus — 32 procedat [*Smar.*, p. 239, 17-19] ; [*Carolus magnus*, epist. XIX (PL 98, 929)]. 29 non — 32 procedat [*Alcuin.*, trin. I, xiv (PL 101, 22)].

18 ac — sanctus alt. om. R °filio] illo *Eng.* G<sup>a</sup> M P V v 19 °patre alt.] patrem V<sup>a</sup> 21 °dicat M 22 °amborum] bis L<sup>a</sup> utique] itaque S 24 durorum] quorum R 25 °dei *Eng.* M V<sup>c</sup> aliquid tale F μ 26 hominis S T °et pr. om. *Eng.* M V 26/27 matre T *Eng.* V 27 °non tunc] nondum *Eng.* (G M P V v) 27/28 hac luce R<sup>a</sup> J 29 °filium] filio (o i. r.) N<sup>2</sup>, filiam (corr. 1 m.) *Eng.* V procedit alt.] praem. non S<sup>2</sup> 30 °sanctificandum V<sup>a</sup> 31 °pater filio μ dederit pater S 32 °quoque om. M °procedet M 33 pater] praem. sit S<sup>2</sup> 34 dedit] praem. sic J 34/35 uitam habere T μ 35 uitam pr. om. J ei] et S<sup>2</sup> 36 °et procedit μ et om. T Haec] add. et R 37 °sed] add. sicut M 38 ad hanc] adhuc T<sup>a</sup> 41 cur] qui N<sup>a</sup> O S P 42 quod] quo R<sup>a</sup> 43 possunt K sibi om. N<sup>a</sup> 44 infirmaque] infirma quae R<sup>a</sup>, et infirma S, infirmitate K 45 cum] et K, et si K<sup>3</sup> incusse N, inconcuse K

quam ueracissimis testibus, agant orando et quaerendo et bene uiuendo ut intellegant, id est ut quantum uideri potest uideatur mente quod tenetur fide. Quis hoc prohibeat? Immo uero ad hoc quis non hortetur? Si autem propterea negandum  
 50 putant ista esse quia ea non ualent caecis mentibus cernere, debent et illi qui ex natiuitate sua caeci sunt esse solem negare. *Lux ergo lucet in tenebris*, quod si eam tenebrae non comprehendunt, inlumentur dei dono prius ut sint fideles et incipiant esse lux in comparatione infidelium, atque hoc prae-  
 55 misso fundamento aedificentur ad uidenda quae credunt ut aliquando possint uidere. Sunt enim quae ita creduntur ut uideri iam omnino non possint. Non enim Christus iterum in cruce uidendus est, sed nisi hoc credatur quod ita factum atque uisum est ut futurum ac uidendum iam non speretur, non  
 60 peruenitur ad Christum qualis sine fine uidendus est. Quantum uero attinet ad illam summam, ineffabilem, incorporalem immutabilemque naturam per intellegentiam utcumque cernendam, nusquam se melius regente dumtaxat fidei regula acies humanae mentis exerceat quam in eo quod ipse homo  
 65 in sua natura melius ceteris animalibus, melius etiam ceteris animae suae partibus habet, quod est ipsa mens cui quidam rerum inuisibilium tributus est uisus, et cui tamquam in loco superiore atque interiore honorabiliter praesidenti iudicanda omnia nuntiant etiam corporis sensus, et qua non est superior  
 70 cui subdita regenda est nisi deus.

[50] Verum inter haec quae multa iam dixi et nihil illius summae trinitatis ineffabilitate dignum me dixisse audeo profiteri, sed confiteri potius mirificatam scientiam eius ex me inualuisse nec potuisse me ad illam. O tu, anima mea, ubi  
 75 te esse sentis, ubi iaces aut ubi stas donec ab eo qui propitius

μ 1002

52/53 Ioh. 1, \*5. 58 nisi ... credatur : Is. 7, \*9. 73/74 Ps. 138, \*6. 75/77 Ps. 102, \*3.

Codd. : R ; def. ABC NOS FJKPT (ILMV).

Test. : 46 ueracissimis — 75 propitius *Eug.*, p. 801, 4-802, 5. 46 ueracissimis — 48 fide [*Theodulf.*, *spir.* (PL 105, 263)].

47 uidere *K*<sup>a</sup> 48 uidetur *S*<sup>a</sup> 49 negando *K* 50 ista] *ist i. r. O*<sup>3</sup>, *om. S*,  
 ita *T*<sup>a</sup> °quia] *qui M* 52 °tenebrae eam *Eug.* (*G P v*) 53 dono] *add. deo*  
*R O S P T* 54 incipiat *K* comparationem (*m alt. eras.*) *S* hoc *om. N*  
 55 ut] *et R K*, *et quae T* 56 possunt *R K* uideri *R* 58/59 est atque  
 uisum *T* 59 uisum] *usum S*<sup>a</sup> ac] *ad N*<sup>a</sup> *K* 61 incorporalem] *non cor-*  
*poralem T* 62 °incommutabilemque *Eug.* (*G P v*) 62/63 cernendam *J*<sup>a</sup>, *cern-*  
*endum T*<sup>a</sup> 64 accies (*c pr. eras.*) *T* exerceat] *ita (a eras.) O, S J Eug.* (*G P v*),  
*exercit K*, *exercet K*<sup>2</sup> *cett. codd. μ* 65 melius *om. S*<sup>a</sup> 66/68 quod — *interiore*  
*om. P* 66 quod] *quid S*<sup>2</sup> 67 attributus *K*<sup>3</sup> *T* 68 °praesidente *L*, *praesi-*  
*dendi V*<sup>a</sup> iudicando *J K* 69 qua] *quia P* 71 et] *del. S*<sup>2</sup> *illius om. J*<sup>a</sup>  
 73 prophiteri *R* 74 potuisse me] *possem K*, *posse K*<sup>2</sup>, *posse me R S T μ*  
 O tu] *ut S*<sup>a</sup> 75 iaces] *praem. te exp. J*, *iacies K*<sup>a</sup> °aut *om. μ*

factus est omnibus iniquitatibus tuis sanentur omnes languores tui? Agnoscis te certe in illo esse stabulo quo samaritanus ille perduxit eum quem reperit multis a latronibus inflictis uulneribus semiuiuum. Et tamen multa uera uidisti, 80 non his oculis quibus uidentur corpora colorata, sed eis pro quibus orabat qui dicebat : *Oculi mei uideant aequitatem*. Nempe ergo multa uera uidisti eaque discreuisti ab illa luce qua tibi lucente uidisti. Attolle oculos in ipsam lucem et eos in ea fige si potes. Sic enim uidebis quid distet natiuitas uerbi 85 dei a processione doni dei propter quod filius unigenitus non de patre genitum, alioquin frater eius esset, sed procedere dixit spiritum sanctum. Vnde cum sit communio quaedam consubstantialis patris et filii amborum spiritus, non amborum, quod absit, dictus est filius. Sed ad hoc dilucide perspicueque cernendum non potes ibi aciem figere. Scio, non potes. Verum dico, mihi dico, quid non possim scio. Ipsa tibi tamen ostendit in te tria illa in quibus te summae ipsius quam fixis oculis contemplari nondum uales imaginem trinitatis agnosceres. Ipsa ostendit tibi uerbum uerum esse in te quando de 95 scientia tua gignitur, id est quando quod scimus dicimus, etsi nullius gentis lingua significantem uocem uel proferamus uel cogitemus; sed ex illo quod nouimus cogitatio nostra formetur, sitque in acie cogitantis imago simillima cognitionis eius quam memoria continebat, ista duo scilicet uelut parentem ac prolem 100 tertia uoluntate siue dilectione iungente. Quam quidem uoluntatem de cognitione procedere (nemo enim uult quod omnino quid uel quale sit nescit), non tamen esse cognitionis

77/79 Luc. 10, 30-34. 81 Ps. 16, \*2. 86/87 Ioh. 15, \*26. 88 libell. fid. (Claui 552), 3 (CC 9, 129, 25); Matth. 10, 20; Gal. 4, 6.

Codd. : usque ad 99 duo def. A ; R ; def. BC NOS FJKPT (ILMV).

Test. : 76 factus — 102 cognitionis *Eug.*, p. 802, 5-803, 5. 101 nemo — 102 nescit [*Amalar.*, off. I, praef., 2 (p. 25)].

76/77 languores J<sup>a</sup> 77 °agnoscis te] agnosce te (e pr. i. r.) N<sup>2</sup>, P ; agnoscite L<sup>a</sup>, agnoscas te M tabulo T<sup>a</sup> 79 semiuiuum] add. relictum J 80 °eis] his P, eius L<sup>a</sup> 82 nemphe R ea quae P 83 °quae I<sup>a</sup> in] ad NO *Eug.* (G P v) ipsam] illam F 84 °ea] et R, eam μ °quod M distat R 86 genitus N<sup>a</sup> 89 ad om. S<sup>a</sup> °delucede R<sup>a</sup>, lucide I<sup>a</sup> *Eug.* (G P v) 89/90 perspecuae quae R 90 cenendum J<sup>a</sup> potes pr. et alt.] potest (t alt. eras.) R ibi] tibi P Scio] add. quia J 91 possum R<sup>a</sup> tamen tibi S μ 92 in te] interim K illa tria K °te alt.] tu μ summe K T ipsius] illis S, illius S<sup>2</sup> P 93 94 °agnosceris R, agnoscis R<sup>2</sup>, agnoscas S L V', agnoscere M 94 quando] quod R 95 tua om. R K gignitur] praem. per K °ctsi] quamuis si L, quamuis μ 96 significante R 97 quod] d superscr. N<sup>2</sup>, quo K 98 °sicque N<sup>2</sup> M °cognitionis] cogitationis μ 99 uelut om. R 100 dilectio T<sup>a</sup> °iungente L 101 °cogitatione μ procedere] add. nullus ambigit T 102 °cogitationis μ

imaginem, et ideo quandam in hac re intellegibili natiuitatis  
 et processionis insinuari distantiam quoniam non hoc est  
 105 cogitatione conspiciere quod appetere uel etiam perfrui uo-  
 luntate, cernit discernitque qui potest. Potuisti et tu quamuis  
 non potueris neque possis explicare sufficienti eloquio quod  
 inter nubila similitudinum corporalium quae cogitationibus  
 humanis occurrere non desinunt uix uidisti.

110 Sed illa lux quae non est quod tu et hoc tibi ostendit aliud  
 esse illas incorporeas similitudines corporum et aliud esse  
 uerum quod eis reprobatis intellegentia contuemur. Haec et alia  
 similiter certa oculis tuis interioribus lux illa monstrauit. Quae  
 igitur causa est cur acie fixa ipsam uidere non possis nisi utique  
 115 infirmitas, et quis eam tibi fecit nisi utique iniquitas? Quis  
 ergo sanat omnes languores tuos nisi qui propitius fit omni-  
 bus iniquitatibus tuis? Librum itaque istum iam tandem μ 1003  
 aliquando precatione melius quam disputatione concludam.

ORATIO. [XXVIII 51] Domine deus noster, credimus in te patrem  
 et filium et spiritum sanctum. Neque enim diceret ueritas:  
*Ite, baptizate gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti*  
 nisi trinitas esses. Nec baptizari nos iuberet, domine deus, in  
 5 eius nomine qui non est dominus deus. Nec diceretur uoce PL 1098  
 diuina: *Audi, Israhel: Dominus deus tuus deus unus est* nisi  
 trinitas ita esses ut unus dominus deus esses. Et si tu deus  
 pater ipse esses et filius uerbum tuum Iesus Christus ipse

116/117 Ps. 102, \*3.

ORATIO. 1/2 Symb. Afric., 1.2.9; Symb. Nicaen., 1.2.4-5.18. 3 Matth.  
 28, \*19. 5 Deut. 6, 4. 6.7 Deut. 6, \*4. 7/8 Symb. Nicaen., 1-2. 8  
 Symb. Nicaen., 4-5; Eccli. 1, 5; Ioh. 1, 1.14; Apoc. 19, 13.

Codd.: AR; def. BC NOS FJKPT (ILMV).

Test.: 103 imaginem — 117 tuis *Eng.*, p. 803, 5-19.

ORATIO. 1 Domine — 8 ipse *alt. Beda, orat.* (PL 94, 529).

103 intelligibilem T 104 insinuare R N<sup>2</sup> K °distantia M 105/106 uo-  
 luntatē (-eras.) R 106 °cernat discernatque A<sup>2</sup> S<sup>2</sup> L, cernitque (discernit om.)  
 O 107 °potueris] poteris M sufficiente R, sufficiens A<sup>a</sup> 108 nubila]  
 nulla R similitudinem S<sup>a</sup> 109 °desinent R, desinant M °uix] mox M  
 110 et hoc] del. S<sup>2</sup> °alias I 111 illas] *praem.* in K 112 uerum] uerbum R  
 °ei M 113 lux] *praem.* est A<sup>a</sup> illa] ista A<sup>2</sup> 114 ipsa S non om.  
 J<sup>a</sup> utique] forte J 115 quis *pr.*] qui A, quid A<sup>2</sup> O<sup>3</sup> S<sup>a</sup> J K μ °tibi eam μ  
 utique om. R K μ iniquitates R 118 melius precatione J.

ORATIO.] *ita* N O S J, oratio sancti augustini F, om. *cett. codd.* 3 gentes]  
*praem.* omnes S<sup>2</sup> F J μ 4 baptizare R iuberet T 5 qui non est] nisi  
 fuisses S domine N<sup>a</sup> K °Nec] non K, neque μ 6 deus *alt.*] om. A μ;  
 dominus A<sup>2</sup> N, *corr. per ras.* O T, S<sup>a</sup> J *Beda* 7 ut om. A<sup>a</sup> 7/8 Et — esses om.  
 R<sup>a</sup> 7 si] nisi (ni *eras.*) A, F *Beda* tu om. N<sup>a</sup>

esses et donum uestrum spiritus sanctus, non legeremus in  
 10 litteris ueritatis: *Misit deus filium suum*, nec tu, unigenite,  
 diceres de spiritu sancto: *Quem mittet pater in nomine meo*, et:  
*Quem ego mittam uobis a patre*. Ad hanc regulam fidei dirigens  
 intentionem meam quantum potui, quantum me posse fecisti,  
 quaesiui te et desiderauit intellectu uidere quod credidi et  
 15 multum disputauit et laborauit. Domine deus meus, una spes  
 mea, exaudi me ne fatigatus nolim te quaerere, sed quaeram  
 faciem tuam semper ardentem. Tu da quaerendi uires, qui in-  
 ueniri te fecisti et magis magisque inueniendi te spem dedisti.  
 Coram te est firmitas et infirmitas mea; illam serua, istam  
 20 sana. Coram te est scientia et ignorantia mea; ubi mihi aperuis-  
 ti suscipe intransentem; ubi clausisti aperi pulsanti. Meminerim  
 tui; intellegam te; diligam te. Auge in me ista donec me re-  
 formes ad integrum.

Scio scriptum esse: *In multiloquio non effugies peccatum*.  
 25 Sed utinam praedicando uerbum tuum et laudando te tantum-  
 modo loquerer. Non solum fugerem peccatum sed meritum  
 bonum acquirerem quamlibet multum sic loquerer. Neque  
 enim homo de te beatus peccatum praeciperet germano in fide  
 filio suo cui scripsit dicens: *Praedica uerbum; insta opportune*,  
 30 *importune*. Numquid dicendum est istum non multum locu-  
 tum qui non solum opportune uerum etiam importune uerbum  
 tuum, domine, non tacebat? Sed ideo non erat multum quia  
 tantum erat necessarium. Libera me, deus meus, a multiloquio  
 quod patior intus in anima mea misera in conspectu tuo et

μ 1004

9 Act. 8, 20; Ioh. 4, 10; e.a. Symb. Nicaen., 18. 10 Ioh. 3, 17; Gal. 4, 4.  
 11 Ioh. 14, 26. 12 Ioh. 15, 26. 14.16 1 Par. 16, 11; Ps. 68, 33; 104, 4;  
 Is. 55, 6; Act. 17, 27. 15/16 Ps. 70, 5; 90, 9; e.a. 16/17 1 Par. 16, 11; Ps.  
 104, 4. 24.26 Prou. 10, \*19. 29/30.31/32 11 Tim. 4, 2. 33/34 Prou.  
 10, 19.

Codd.: AR; def. BC NOS F; 32 Sed usque ad finem operis def. J;  
 KPT (ILMV).

Test.: 9 esses — 13 meam Beda, orat. (PL 94, 529) [uide etiam append. D]. 21  
 Meminerim — 22 te alt. Fulg., trin., vii, 1 (CC 91A, 641, 332-333).

9 esset F 10 unigenite] praem. o μ 11 mittit R N<sup>a</sup> O<sup>a</sup> S<sup>a</sup> K Beda 13 ofe-  
 cisse V<sup>a</sup> 14 quod credidi om. R 15 multum] uultum R una] unica S<sup>3</sup> 16  
 exaudi me om. T quaeram] querere A<sup>a</sup> 17 semper] add. et S<sup>2</sup> qui]  
 praem. illi A<sup>2</sup> 17/18 inueniri te] in ueritate (exp. 2 m.) A, illuminare me L  
 inueniri] ita NOS F J K T, inuenire cett. codd. μ 18 fecisti] exp. A<sup>2</sup> 19  
 est firmitas et] scientia mittet R, est usua mittet R<sup>2</sup> 20 est om. AR ignorantia  
 mea et scientia K 22 otui] te Fulg. diligam te om. S te alt.] tu R 24  
 multiloquio non] multiloquione R 25/26 tantu modo R, tanto modo R<sup>2</sup> 26  
 loquaerer R fugirem R merito T<sup>a</sup> 29 dicent R<sup>a</sup> oportune AR N  
 31 oportune AR N O<sup>3</sup> 32 tuum, domine] eras. R<sup>a</sup> non erat om. K 33  
 necessarium K<sup>a</sup> meus om. A J μ a om. F<sup>a</sup> 34 et] exp. del. O<sup>3</sup>; add.  
 suscipe N<sup>2</sup>

35 confugiente ad misericordiam tuam. Non enim cogitationibus  
 taceo etiam tacens uocibus. Et si quidem non cogitarem nisi  
 quod placeret tibi, non utique rogarem ut me ab hoc multilo-  
 quio liberares. Sed multae sunt cogitationes meae tales quales  
 nosti *cogitationes hominum quoniam uanae sunt*. Dona mihi  
 40 non eis consentire, et si quando me delectant, eas nihilominus  
 improbare nec in eis uelut dormitando immorari. Nec in tan-  
 tum ualeant apud me ut aliquid in opera mea procedat ex  
 illis, sed ab eis mea saltem sit tuta sententia, tuta conscientia  
 te tuente. Sapiens quidam cum de te loqueretur in libro suo  
 45 qui ecclesiasticus proprio nomine iam uocatur : *Multa*, inquit,  
*dicimus et non peruenimus, et consummatio sermonum uniuersa*  
*est ipse*. Cum ergo peruenerimus ad te, cessabunt *multa* ista  
 quae *dicimus et non peruenimus*, et manebis unus *omnia in*  
*omnibus*, et sine fine dicemus unum laudantes te in unum et  
 50 in te facti etiam nos unum. Domine deus uere, deus trinitas,  
 quaecumque dixi in his libris de tuo agnoscant et tui ; si qua  
 de meo, et tu ignosce et tui. Amen.

37/38 Prou. 10, 19. 39 Ps. 93, \*11. 45/47 Eccli. 43, \*29. 47/48 Eccli.  
 43, \*29. 48/49 I Cor. 15, 28. 49 ordo missae, praefatio. 50 Ioh. 17, 21.

Codd. : *A R* ; *def. B C*    *N O S*    *F K P T* ; *def. J*    (*I L M V*).

35 confugientem *A O K T* 36 uocibus] *praem. a eras. A, R F<sup>a</sup>* 37 placeret  
 tibi] *placere] R<sup>a</sup> °ab om. V<sup>a</sup>* 40 delectent *S* nihil hominus *R* 41  
 dormiando *T<sup>a</sup>* °morari *V* 42 °ualeat *μ* aliqua *S* procedant *S* 43  
 saltem] *eras. S, quidem S<sup>2</sup>, saltim K* tuta *pr. et alt.] tota R<sup>a</sup> °sentia L* 44  
 te tuente] *ut te S, ut et S<sup>2</sup>* 45 ecclesiastes *S* uocatur] *dicitur S °inquit]*  
*t s. l. T<sup>1</sup>, quidem M* 46 praeuenimus *R<sup>a</sup>* 47 est] *es N<sup>2</sup>* 48 °non] *cum P,*  
*om. M et alt. om. P* manebunt *K* unus *om. K* 49 dicimus *A<sup>a</sup> R K*  
 °in *om. M* unum *om. K* 51 dixi *om. R* 52 et *pr. om. T* tu] *tui R*  
 cognosce *R* Amen] *praem. contuli cui est honor et gloria in secula seculo-*  
*rum R, om. N O K P.*

EXPLICIT XV LIBRI SANCTI AVGVSTINI EPISCOPI DE TRINITATE *A*, EXPLICIT  
 LIBER TRINITATIS XV BEATI AVGVSTINI *N*, EXPLICIT LIBRI TRINITATIS Ñ XV BEATI  
 AVGVSTINI DEO GRATIAS AMEN *O*, EXPLICIT DE (SANCTA *add. 2 m.*) TRINITATE LIBRI  
 (LIBERI *2 m.*) Ñ XV (QVINTVS DECIMVS *2 m.*) AVRELII AVGVSTINI EPISCOPI *S*, EMEN-  
 DAVI VT POTVI IMPERATORE IVSTINIANO ANNO TRICESIMO TERTIO INDITIONE SEPTIMA  
 SEXTO KALENDAS IVNIAS IN PROVINCIA CAMPANIA TERRITORIO CVMANO IN POSSES-  
 SIONE NOSTRA ACHERVSI *F*, EXPLICIT LIBER XV *K I*, EXPLICIT LIBER XV AVRELII  
 AVGVSTINI DE SANCTA TRINITATE *P*, CONTVLI IN CHRISTI NOMINE *T*, FINIT FELICI-  
 TER AMEN *M*, EXPLICIT QVINDECIM LIBRI DE TRINITATE SANCTI AVGVSTINI *V*  
*om. R L.*



# APPENDICES

A

*BREVICVLVS ALTER*

B

*PS.-AVGVSTINI ORATIO  
IN LIBROS DE TRINITATE*

C

*SYMBOLA*

D

*LECTIONES VARIANTES ALIAE*

E

*CONSPECTVS TESTIVM*



APPENDIX A  
(*BREVICVLVS ALTER*)



APPENDIX A

<BREVICVLVS ALTER>

LIBER I

- Proemium.  
I. Comparatio.  
II. Comparatio altera et pars proemii.  
III. De trinitate expositio.  
5 IV. Item de trinitate.  
V. De aequalitate patris et filii.  
VI. De sententia apostolica.  
VII. De uisione dei.  
VIII. De sententia euangelii.  
10 IX. De sententia apostolica.  
X. De incarnatione et deitate.  
XI. De missione spiritus sancti.  
XII. De filio hominis iudicaturō.  
XIII. De uisione dei.

LIBER II

- Proemium.  
I. De praesumptione.

---

LIBER I

Codd. : *A*<sup>2</sup> *B C* ; *def.* *R*.

LIBER II

Codd. : *A*, non ante *Librum II* sed tantum ante singula eius capita *C* ; *def.* *B R*.

---

<BREVICVLVS ALTER>] INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI PRIMI SANCTI AVGVSTINI  
*A*, CAPITVLA LIBRI PRIMI *B*, IN NOMINE DOMINI INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI PRIMI *C*.

LIBER I 1 Proemium] I. de tribus generibus hominum qui male de deo sentiunt *i. r.* *A*<sup>2</sup> 2 I. Comparatio] II. Propositio totius operis *i. r.* *A*<sup>2</sup> 3 II. — proemii] III. Quid priores de trinitate senserint *i. r.* *A*<sup>2</sup> 4 III. — expositio] IIII. Collectio diuinorum testimoniorum quod christus cum deo patre deus unus est *i. r.* *A*<sup>2</sup> 5 IV. — trinitate] V. Testimonia quod spiritus sanctus uerus sit deus patri et filio coeternus *i. r.* *A*<sup>2</sup> 6 V. — filii] VI. Quod christus secundum humanitatem etiam se ipso minor est *i. r.* *A*<sup>2</sup> 7 VI. — apostolica] VII. Quomodo sit intelligendum : cum autem ei subiecta omnia fuerint, tunc ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia, et quid sit : cum tradidit regnum deo patri *i. r.* *A*<sup>2</sup> 8 VII. — dei] VIII. Cur aliquando sufficienter nominatur una persona trinitatis ad beatificandum nos *i. r.* *A*<sup>2</sup> 9 VIII. — euangelii] IX. Item de filio dei quid in scripturis secundum formam dei, quid secundum formam serui dicatur pluris testimoniis asseritur *i. r.* *A*<sup>2</sup> 10/14 IX. — dei *om.* *A*.

LIBER II 1 Proemium] *scripsi*, I. De proemio *A*, *om.* *C*  
2 I.] II. *A*, et sic de numeris sequentibus

- II. Comparatio.  
 III. De ambiguis testimoniis et comparatione.  
 5 IV. De ambiguis testimoniis.  
 V. De missione spiritus sancti.  
 VI. De uisionibus patrum.  
 VII. De uisione dei ad Adam.  
 VIII. De uisione dei ad Abraham.  
 10 IX. De uisione dei ad Moysen.  
 X. De monte Syna.  
 XI. Item de uisione dei ad Moysen.  
 XII. De uisione dei ad Danihel.

## LIBER III

- Proemium.  
 I. De missione filii et spiritus sancti.  
 II. De angelis.  
 III. Item de angelis.  
 5 IV. Comparatio siue exemplum.  
 V. De mirabilibus.  
 VI. De magis pharaonis et angelis malis.  
 VII. De angelis malis.  
 VIII. De angelis bonis.  
 10 IX. De mirabilibus.  
 X. De angelis bonis.

## LIBER IV

- Proemium.  
 I. De immutabilitate et incarnatione domini.

---

Codd. : *A*, non ante *Librum II* sed tantum ante singula eius capita *C* ; def. *B R*.

LIBRI III-IV

Codd. : *A B C* ; def. *R*.

---

4 comparationibus *C* 13 XII. — Danihel *om. C*.

LIBER III 1 Proemium] *praem.* 1. *A C*, proemii *C* 2 1.] II. *A C* 3  
 II. — angelis *om. C* II.] III. *A*, et sic de numeris sequentibus 9 De — bonis]  
 Item de angelis malis *C* 10 De] *praem.* Item *C*.

LIBER IV 1 Proemium] *praem.* 1. *A*, et sic de numeris sequentibus 2 im-  
 mutabilitate] *add. ueritatis A*<sup>2</sup>

- II. De eo quod dictum est : *Quod factum est in ipso uita erat et lux hominum.*  
 5 III. De renouatione animae et sacramento incarnationis.  
 IV. De senario numero.  
 V. De simplō domini quod sustinuit pro duplo nostro.  
 VI. De spiritibus malis et incarnatione domini.  
 VII. De mediatore.  
 10 VIII. De damnatione diaboli et impiorum.  
 IX. De spiritibus malis et incarnatione domini.  
 X. De sensibili demonstratione spiritus sancti.

## LIBER V

- Proemium.  
 I. De magnitudine unita diuinitatis.  
 II. Comparationes contra arrianos.  
 III. Argumentum contra arrianos.  
 5 IV. Exempla contra arrianos.  
 V. De magnitudine, omnipotentia, bonitate patris et filii et spiritus sancti.  
 VI. Situs et loca et habitus non esse in deo.  
 VII. De magnitudine trinitatis.  
 10 VIII. De spiritu sancto.  
 IX. De principio.  
 X. De dono spiritus sancti et comparationibus.

---

LIBER IV    3/4 Ioh. 1, \*3/4.

---

Codd. : A B C ; def. R.

LIBER V

Codd. : A B C R.

---

4 et] *add.* uita erat A    5 incarnationis *om.* C    6 senario numero] incarnationis C    7 quod] quam C    pro duplo nostro *om.* C    11 De] *praem.* Item C.

LIBER V    1 Proemium] *add.* capitula C ; haec (et *add.* 2 m.) sequentia capitula praetermittantur quia ea quae in capite huius uoluminis posita sunt melius sunt ordinata R    2 I.] II A, et sic de numeris sequentibus unita] unitate A, *om.* R    diuinitatis C    3 comparationis R    arrianos] amanos A<sup>a</sup>, arianos C<sup>a</sup>    4 arrianos] amanos A<sup>a</sup>    6 omnipotentiae A R    6/7 bonitate — sancti *om.* R    6 bonitate] *add.* rationibus C    8 Situs et] sensit R    9 magnitudine] e *superscr.* R<sup>2</sup>    12 comparationibus] compa. C.

## LIBER VI

- Proemium.
- I. De aequalitate patris et filii et spiritus sancti et  
comparatione.
- II. Item de aequalitate et testimonio apostoli.
- 5 III. De spiritu sancto et anima.
- IV. De uno et uero deo.
- V. De sententia sancti Hilarii.

## LIBER VII

- I. Proemium.
- II. De sapientia et ueritate et magnitudine.
- III. De uerbo.
- IV. De essentia.
- 5 V. De comparationibus.
- VI. De sapientia et lumine.
- VII. De comparationibus.
- VIII. De personis.
- IX. De comparationibus.

## LIBER VIII

- I. Non esse maiores tres personas quam unam earum.
- II. De comparationibus et luce diuinitatis.
- III. De bonitate et uoluntate hominis.
- IV. De figuris et formis.

## LIBER VI

Codd. : A B C R.

## LIBER VII

Codd. : B C R ; *def.* A.

## LIBER VIII

Codd. : A B C R.

---

LIBER VI    1 Proemium *om.* A C R    2 aequalitate] qualitate R    7  
hilarii B, elari C, helari R.

LIBER VII    1 i.] *om.* R, *et sic etiam numeros sequentes*    2 ueritate] uirtute  
C R    et *alt.* *om.* C    5 comparationibus] compara rationibus C    7 com-  
paratiotionibus C    9 IX. — comparationibus *om.* R.

LIBER VIII    1 personas tres R    3 et uoluntate hominis] dei ac boni-  
tate R    4 formis] *add.* dei et uoluntate hominis R

- 5 V. De iusto animo amando.  
 VI. De figuris uel formis.  
 VII. De iusto animo.  
 VIII. De angelis malis.  
 IX. De sententia Pauli apostoli.

## LIBER IX

- I. De quaerendo deo.  
 II. De amore et quod amatur.  
 III. De mente et notitia eius et uoluntate.  
 IV. De iusto amore mentis et comparationibus.  
 5 V. De comparationibus.  
 VI. De comparationibus aliis.  
 VII. De figuris et uiro bono.  
 VIII. De similitudinibus et uerbo.  
 IX. De mentis notitia.

## LIBER X

- I. De amore ueri boni et doctrinae.  
 II. De signo et omni lingua.  
 III. De temeto.  
 IV. De mentis amore et comparatione.  
 5 V. Expositio de mente.  
 VI. Item expositio de mente.  
 VII. De intelligentia, memoria et uoluntate.

## LIBER XI

Proemium quo etiam ut non ea quae mundi sunt diligamus.

---

LIBRI VIII-XV  
 Codd. : A B C R.

---

6 uel] et B.
